


MM





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.



1. De jure Principis Evangelici circa solennia
Sepulturae. P. Chr. Thomasio. R. N. P. Eiedda.
2. De jurisdictione Patrimoniali. P. S. E. ab Oppel
R. G. H. à Mandelsloh.
3. De Sepultura et Sepulchris. P. M. Bohn. P. F. M. Luther.
4. Ascendentium in feudis nullam esse succes-
sionem. P. G. Beyer. R. C. F. de Nostitz.
5. De scissione privilegii fiscalis. P. J. H. Berger.
R. J. C. Schneus.
6. De injuria Scholarium. P. J. G. Fleck. R. G. Purgold.
7. De jure Calumbaram. P. P. Muller. R. J. F. Brendel.
8. Utrum fratres instituta quere la in officio testam;
probare se can & se non fuisse ingratos.
P. M. H. Tribner. R. J. F. Schlegel.
9. De feminarum in feudis successione. P. C.
Synacker. R. C. ab Hagen.
10. Diatriba deinde, Prind, Ordinum Imperii, Imperatorum
et Pontificis concinnata, et in illa Julia ad disputan-
dum publice proposita ab H. Hahnio.
11. De conditione indebiti contra rem judicatam.
P. J. G. Hartung. R. J. H. Euchen-dorff.
12. De jure ludendi. P. J. E. Wodekind. R. J. F. Fisher.
13. De pari feudorum et officiorum publicorum natura,
definitione ac divisione. P. C. A. Beck. R. E. M. Westphal.
14. De jure legitimandi Comitum Palatinorum in terris Rinci-
pium Imperii. P. M. H. Tribner. R. A. J. Schilling.

15. De possessione Universitatis, et quomodo ab eadem possideatur. R. C. H. Horn. R. C. F. Meyer.
16. De incommodis quibusdam in concursu creditorum in foro Saxoni. R. P. Deyer. R. J. G. Manick.
17. Vindiciae privilegiorum ordini militari ex jure Romano competentium. R. J. H. Berger. R. J. G. Hartung.
18. De jure patronatus in territoriis alienis. J. C. Sejer.
19. De eo quod justum est circa commendationem. C. A. Beck. R. A. C. Lübke.
20. De maturanda Domini probatione per usucapionem. R. J. H. Berger. R. G. H. Voelkel.
21. De selectis fideicommissorum capitibus. R. J. H. Berger. R. C. H. Berger.
22. De praesumptione pro otero. R. J. W. Engelbrocht. R. J. C. Winter.
23. De jurata specificatione. R. G. F. Schröter. R. L. C. Ritter.
24. De eo quod justum est circa dolum bonum. R. J. C. Winter. R. B. V. Stifler.
25. De usu praet. inst. tit. quibus mod. jus patr. pot. solvit. R. Thomasio. R. J. Luis.
26. De executione subsidiali. C. F. Marchdoroner.
27. De curiis Dominicalibus. R. J. Schiller. R. P. J. Rehm.
28. De eo quod justum est circa inquisitionem in autorem rixae, si de occasione non constat. R. H. Puccij. R. C. C. Noander.

29. De jure erigendi coemeterium. R. J. Böh-
mer. P. J. P. Kertschius.

12.

#

DISSERTATIO JURIDICA,

De

VURE LUDENDI,

Quam

DIVINI NUMINIS CLEMENTIA

Nec non

Magnificæ Facultatis Juridicæ Consensu

IN ILLUSTRIS SALANA

sub

PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS ERNESTI

WEDEKIND, J. U. D.

Publicè ventilandam exhibet

In Jctorum Auditorio

Ad d.

Anno M. DC. LXXXIII.

JACOBUS FISCHER, SILDA-SAXO.

F E N Æ,

TYPIS KREBSIANIS.

A. & R.



V I R O

*Plurimum Reverendo, Præ-Nobili
atque insigniter Docto*

DOMINO

HIERONYMO

Heidfeld /


*Illustris, quod Quedlinburgi est,
Consistorii Assessori spectatissimo, & Ec-
clesiæ collegiatae B. V. M. Halberstadii Canonico
gravissimo &c.*

*Patrono suo omni honoris ac obser-
vantiae cultu æternum devenerando,*

*Has primitias Salanas in sui suorumq;
studiorum promotionem*

D. D. D.

A. & R.



L. N. D. N. I. C.

LUDUS hodie ubique frequens est plu-
resq; cotidie contingunt casus & quaestiones,
quæ Doctores in varias sententias trahunt: Et
ampla est materia, quam ego, meis pro viri-
bus ut cum aliqua facilitate arctoque dicen-
di modo benevolis lectoribus explicem, distingvendam
puto in novem capita, in quorum primo agam de ludo ex se
vi juris naturalis licito, ac jure civili aliisque juribus prohi-
bito, hodie autem per consuetudinem nonnullorum loco-
rum rursus permisso. In secundo proponam Etymologiam,
Homonymiam, Synonymiam, Definitionem ac divi-
sionem. In tertio pertractabo, cui cuive minus ludere
conveniat. In quarto ponam, de quo, quomodo & cur lu-
dendum sit. In quinto dicam de contractibus aliisque in lu-
do factis. In sexto disputabo de restitutione ac repetitione,
illius, quod in ludo amissum est. In septimo adferam pœ-
nas ludentium hosque suscipientium. In octavo ad finia
commemorabo. In nono contraria producam. Ante-
quam verò rem ipsam accedo, Divinum Numen devotis
suspiriis imploro, ut gratia sua mihi adesse hosque cona-
rus meos ad felicissimum scopum clementer dirigere velit.
Esto itaque.

C A P. I.

D E

Ludo ex se vi juris naturalis licito,
at jure civili aliisque juribus prohi-
bito, hodie autem per consuetudi-
nem nonnullorum locorum rur-
sus permisso.

Usum jure naturæ ex se licitum esse rationibus hisce firmis-
simis demonstrare audeo ; Si enim injustum non est alteri
sua bona vel aliquid pecuniæ dono dare, quare etiam non liceret
sub certa conditione, honestâ tamen & licitâ, (eâ videlicet, qui vi-
ctor abibit, habeat) aliquid deponere ac de eo quasi certare?
cum lucrum etiam in aliis concessum & licitum sit, utpote in mu-
tuo & contractibus hujusmodi aliis, quare per ludum honestum
aliquid lucrari vapularet.

Dixeris, non translatio tantum bonorum, sed & modus trans-
ferendi bona jure adprobatus attendendus : Fateor, si de trans-
latione civili sermo sit, hæc ita sese habere, si irrevocabili causa
cupiat possideri. Verum si simplicitatem juris gentium ponderes,
id jamperinde erit, quacunque ratione bona in alium transferan-
tur, modo revera & ex voluntate Domini transferantur, ni-
hil siquidem tam naturale est, quam voluntatem Domini, in alium
res suas transferre volentis, ratam haberi § 40. *J. de R. D. L. 9. §. 3.*
de A. R. D. sed hic forsan dices, non aderit voluntas transferen-
di, si animum lusorum inspicias, quippe qui lucro captando po-
tissimum inhiat, non autem ut de suo in alium quid transferat. Sed
limitatus hic animus est, si possibile sit, & in eventum quoque lusor
in acquisitionem adversarii consentire putatur. Periculo enim
fortunæ se uterque subjicit, & dum se spe lucrandi vanâ lactatum
persentiscit alter, non poterit non pecuniæ suæ translationem
velle. Præterea homo non ferreus est, ut infinite ac perpetuò la-
borare possit, ideò licitæ imò necessariæ sunt recreationes & ob-
lecta-

lectationes, quibus sese quasi refrigerare potest animus humanus, utpostea eò alacrius laborem suum aggredi valeat, *nam sapientem remittere interdum aciem rebus agendis decet intentam*, ait Augustinus *sub fin. lib. 2. de Musica*, & magnos etiam ac graves viros in rebus publicis pariter & Scholis atque Ecclesiis honestis lætitiis & ludicris amœnitatibus frui necesse est. Sicut Johannes Apostolus & Evangelista dixisse fertur, cum essent, qui reprehenderent ejus institutum, quod aleret aviculas & perdices, & interdum cum suis ad metam propositam jacularetur, arcum subinde intensum tandem remittere, imò rumpi, quæ sunt verba Joh. Mathesii *in Homil. 9. de vita Mart. Lutheri* Add. Bath. Meisn *Philos. Sobr. part. 1. Sect. 2. cap. 4. quest. 1.* Danda est interdum secundum Senecam *de tranquill. vitæ circa fin.* remissio animis, meliores alacrioresque requieti surgent. Accedit etiam id, quod uterque lusorum sua sponte deponat, & quisque lucri & depositi fortunæ favore capax fieri possit. Est enim fortuna instar rotæ, quæ modò ad hunc, modò ad illum volvitur. Insuper juri naturæ haud contrarium esse censeo, victoriam aliquam expectare; Ludi enim ope non rarò animi Heroici concitantur, semperque ut superiores evadant, concupiscunt, quod non improbandum est, cum tali exercitio interdum perspiciantur naturæ hominum, dum animi motum vultus detegat. *L. 19. §. 1. ff. de Offic. Praef.* & quod de Gothis Suecisque memorat Olaus magnus *lib. 15. cap. 12. & 13.* illi suas filias honesto conjugio collocaturi, Procorum animos miris artibus examinare solebant, inprimis ludendo, ac præsertim in Schachorum ludo; eò namque in ludo ira, amor, petulantia, avaritia, vecordia, ignavia, aliæque plures dementiæ & animi motus fortunæque vires & proprietates ostendi solent, videlicet an procus fit agrestis animi, qui subitò triumphans inciviliter exsultet, aut injurias illatas cautius pati vel modestius avertere norit. Dn. Lehm. *tract. de var. lud. gen. eorumq. jur. in præf. n. 9. seq.* Neque mos hic incognitus est Aulicis, qui cujusdam mentem probè exploraturi poculum, virginem, ludum &c. adhibent. Cæterum Ovidius *lib. 3. de art. amand. de collusoribus* ita cecinit.

Sed nimius labor est sapienter jactibus uti,

Majus opus mores composuisse suos

A 3

Tunc



Tunc sumus incauti, studioq; aperimur ab ipso

Nudaq; per lusus pectora nostra patent.

Eruditè quoque in his nobiscum sentit Pufendorf. *lib. 5. cap. 9. §. 5. de I. N. & G. Ludus*, inquit, *nihil in se naturaliter continet iniqui, nam & mutuo consensu ad eum descenditur, & uterq; rem suam aequali periculo exponit, & versantur circa res proprias, de quibus utriq; disponere penes nos est.* Accedit his, quod in ludo cuiuslibet adfectus & animus nobis pateat, & qualem amorem erga nos fooveat, ludi exercitio appareat, Vid. etiam Sayr. *in Thes. Cas. Consc. Clav. Reg. lib. 11. cap. 12.* & Wendelin. *Philos. Moral. p. m. 963.* Ut autem victoria illa magis magisque appetatur, non iniquum esse autumo lucrum aliquod, quod ex ludo propter recreationem habito proficiscatur, adponere, ita tamen ut sine fraude animoque alteri damnum inferendi fiat, latius deducunt Dn. Hahn. *ad Wesenb. ff. de Aleat. n. 1.* Molina *de J. & J. Tom. 2. tr. 2. Disp. 510.* Card. de Lugo *de J. & J. Disp. 31. Sect. 1. seq.*

Quò autem luculentius appareat, quomodo & quibus conditionibus ludendum, asserere hic mihi convenit, quando quidem de ludis exercendis semper existimarunt Prudentes, illos neque omni tempore admitti, neque omnino interdici oportere, & in speciebus ludorum diligentem cautionem adhibendam esse: Toto enim genere ludis interdicerè duriusculum, & à naturali lege humanitatis alienum, & per causam occasionemq; permissi ludi fenestram vitiis validioribus aperire proclive est. Heig. 2. *Q. 10. n. 1. & 2.* Hinc Cardanus *lib. 2. de Sapientia.* Ludere, inquit, *sapienti tribus in causis licet, aut in magni periculi timore vel maxima tristitia, aut societatis minimè perditæ causa, vel cum ad munia tantò promptiores exurgimus, ut non iacturam temporis, sed lucrum fecisse videamur, si ad magnitudinem aut multitudinem negotiorum mentem adhibuerimus.* Conditiones itaq; ludendi Juri Naturæ maximè conformes has esse autumo. 1. Ut lusor habeat liberam rerum suarum administrationem, disponendiq; facultatem, maximè verò de illa re, de quâ luditur; hæc enim si defuerit, nec legibus adprobatissimo titulo in alium valide quicquam valebit transferre, siquidem nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habet *L. 54. ff. de R. J. 2.* Ne alter alterum ad luden-

Indendum pertrahat, quia sic in dolo esse videtur. 3. Ut fraudes ex ludo removeantur, nec contra leges ludorum peccetur, certis enim legibus ludi circumclusi sint, quas transgredi lutores minimè debent, daß sie müssen des Spiels Berechtigtheit halten / prout vulgus lutorum loquitur. 4. Ut æqualis utriusque ludentis conditio sit. Vid. Rauchbar. *Quæst. Jur. civil. & Sax. 25. p. 2. n. 71. & seq.* Paritas autem conditionis in eo consistit, ut uterque ludentium sciat ludum, imò & sit paratus pecuniam vel amittere vel acquirere. 5. Absque detrimento studiorum rei; familiaris. 6. in conveniente ac in lege publica promulgata summa per verba expressa daß keiner von Adel auf einmal Ord. Elect. Sax. 1612. sub rubrica von Spielen / ubi verbum auf einmal non significat quemlibet ludum, ein tegliches Spiel einen Thaler / sed modo quamlibet commissionem, congressum, vel vices, sondern es soll keiner von Adel auf ein Niedersitzen / uti Germani loquuntur, über einen Thaler verspielen *L. 1. & f. C. de Aleator.* 7. Moderatè ac secundum jus Saxonicum in mente semel. 8. In loco non sacro. 9. Ut ludens Jure Saxonico sit ultra 18. annos. Quæ requisita Dd. de ludo agentes recensent communiter Hahn. ad Wesenb. *de Aleat. n. 1. Zæsius Comm. ff. d. t. n. 1. Covarr. ad c. peccatum: de R. I. in 6. P. 2. §. 4. n. 7. Joh. de Salas tr. de ludo dub. 2. 3. & seq. Dn. Strykius in Exerc. Jur. de Sacculariis & Direct. c. 3. n. 9. Lehm. in tr. Jurid. Theor. Pract. de var. ludend. gen. eorumq. jur. in quest. præjud. n. 17. & seq.* Quibus omnibus præsuppositis ludos ex se ac abstractivè considerando injustos non esse manifestissimum evadit, & in hæc præter Dd. jamjam citatos Moralistæ & alii ferè communiter consentiunt, vid. Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 15. th. 56. Ludov. Molin. de J. & J. Tract. 2. Disp. 510. n. 3. Michael Salon in controvers. de J. & J. in sec. secund. Thomæ Tom. 1. Q. 5. art. 6. qui ibidem citat Dd. plurimos. Covarruv. ad c. Peccatum de R. I. in 6. P. 2. §. 4. n. 7. Joseph. de Sesse Regni Aragonum Decis. 144. tom. 2. n. 1. & seq. Morla in Emp. jurid. part. 1. lib. 2. tr. 18. Disp. 1. & 2. Martin. Bonacin. Theol. Moral. tom. 1. tr. de reposit. D. 1. quest. 3. punct. 1. propos. 2. & punct. 3.*

Licet itaque ludus de se standoque in solo jure naturali malus non sit, ut modo demonstratum est, ex variis tamen circumstantiis reddi potest malus & vitiosus. Ut si plus temporis

fin

in eo infumatur, quam oportet, aut fiat, quando & ubi non oportet, aut à quo non oportet, attentâ personæ qualitate, ut si Clericus, Religiosus aut Prælatus ludo sibi indecenti ludat. Præsertim quando lucrum in ludo non ordinatur ad oblectationem ex ludo capiendam, ut, proposito pro ludentium qualitate, præmio competenti serio majorique cum animi oblectatione fiat, sed potius dirigitur ludus ad lucrum, quod inde speratur, evenire solet, ludentes variis modis deordinari, nunc perjuriis, rixis aut blasphemis, si res finitè succedat, nunc fraudibus & deceptionibus aliisque injuriis adversus colludentes, interdum convertendo noctes in dies, & dies in noctes, sacræque diebus festis omittendo, & interdum proprium patrimonium, uxorisque ac filiorum bona dissipando, atque cum ingenti familiæ aliorumque negociorum dispendio, longum tempus in eo consumendo multisque aliis modis, ex quibus omnibus varia alia vitia & dispendia in perniciem propriam Reique publicæ malum oriri solent. Cæterum hæc ludentium vitia sunt, non verò ludi in se, qui ex ipsa rei natura benè fieri potest, ut in antecedentibus dictum est, Conf. Ludov. Molin. de J. & J. tr. 2. Disp. 511. n. 1. & seq. Dn. Christian Köhrenssee in Disp. de ludor. moral. §. 2. Postmodum tamen ob nimium abusum & rationes nonnullas civiles, quarum mox mentio fiet, ludus rectè inhibitus vel certis limitibus circumscriptus est. Joh. Dicastill. de J. & J. lib. 2. tr. 18. Disp. 2. Id ipsum verò factum fuit (1.) Jure civili, ut probat *L. Alearum usus C. de aleat. & alear. lusu, tot tit. ff. & C. de aleat.* Thusch. *Præct. Concl. tom. 5. Concl. 456. n. 2. & 3.* Coler. *p. 1. Decis. 173. n. 1.* Farinac. *Præx. Crimin. Part. 3. quest. 109. p. 1. n. 6.* Julius Clarus *lib. 5. sentent. §. Ludus in pr. Angel. in tr. de malefic. in verb. Metidore de mali dati n. 2.* Joseph de Sesse *Regn. Aragonum Decis. 144. n. 8.* Andr. Rauchb. *P. 2. Q. 25. n. 24. & seq.* Rol. à Valla *vol. 2. Conf. 63. n. 19.* (2.) Jure Canonico, ubi Pontifex lusum alearum quoque prohibuit Clericis *can. 1. distinct. 35. imò & interesse eos ludentibus vetuit, c. pen. X. de vit. & honest. Clericor.* in tantum, ut & publicos aleatores à beneficiis & officiis removeat *c. inter X. de excess. Præl.* quod lusus iste minus deceat Clericorum gravitatem, eosque ab officiis divinis avertat, propter quæ loca adprobata à Concil. Trid. Sess. 22. c. 1. de reformat.

format, vult, Clericos lufores peccare mortaliter. Navarr. in *Ma-*
nual. c. 20. n. 9. Zæsius *comm. ff. de Aleator. n. 4.* (3.) Jure Saxonico
per Gloss. *Sandrecht lib. 1. art. 6.* unde & textus. *Sandrecht. lib. 1. art. 6.*
infert, quod ne heres quidem teneatur ad exsolutionem aris
alieni, quod contractum est per defunctum mediante alea vel
alio lusu. Et ita pronuntiatur. Ideo etiam Constitutiones Sa-
xonicae ludentes ipsos puniunt in medietate floreni, & hospites,
qui tales ludos prohibitos in suis ædibus admittunt in duplo. Ubi
tamen excipiuntur die Kugel-Plätze in quibus saltem ultra gros-
sum ludo perdere permissum non est, in der Fürstl. Sächs. Landes-
Ordnung *c. 73. conf. Coler. decis. 173. n. 5.* Extant etiam de lusoribus
aliæ in provinciis Saxonis Constitutiones, (1.) Augusti Electo-
ris 1555 sub tit. *Zopler und Spieler. in noviss. edit. Corp. Jur. Sax. p. 45.*
(2.) Johann. Georgii I. die 12. April. 1612. *dict. tract. p. 305. in m. verf.*
Ebener massen (3.) Johann. Georg. II. *de annis 1653. & 1657. Ord. po-*
lit. tit. 8. von Spiel. (4.) Ernesti Ducis Sax. Landes-Ordnung *part. 2.*
tit. 23. Sult. p. 250. in fin. (5.) Concilio Eliberino *can. 79. & Sexto*
Constantinopolitano can. 50. ubi tam Laicis quam Clericis in Ec-
clesia Patres alex lusu interdixerunt in universum, Cyprian. *in*
libr. contra aleam. Ambrosius *in libro de Tobia c. 11.* (6.) Ordinatione
Politica *Ducat. Luneb. c. 40.* cujus verba qui legere desiderat,
potest adire Hahn. ad *Wesenb. h. t. n. 4.* qui illa ipsa perspicue
tradit. (7.) Ordinatione Politica Civitatis Erfurtensis publi-
cata *d. 10. Mart. Anno S. C. 1583.* sub tit. *von Spielen verb.* Als wir
auch vormahls alle Doppel-Spiel und Spitzbüberey bey Straffe ze-
hen Pfund verbothen / in Betrachtung / daß daraus je und allewege
grosse Gottes-Ästterung / Fluchen / Schweren / Mord / Diebstahl / und
ander Unglück mehr enstanden und erfolget / so wollen wir solches
Verboth / es geschehe auch solch Spiel in Häusern / Gärten / auf dem
Felde oder an welchem Ort es wolle / hiemit verneuen / und die Veräch-
ter desselben nach Gelegenheit der Sachen und Personen / und hö-
hern Ernst zu Büßen und zu Straffen / verwarnet haben / würde aber
der Wirth / in dessen Hause das Spiel geschehen / still schweigen / sol-
ches nicht ansagen noch vermelden / so soll derselbe mit gleichmässiger
Straffe belegen werden. Wir wollen auch / daß die Bierträger bey
Straffe eines Pfund Geldes keine Karten auftragen / noch den Gäs-
ten

B

sten



sten' zukommen lassen sollen. (7.) Variis legibus tam in Castella Regno quam in Lusitania, de quibus videtur Ludov. Molin. de J. & J. tr. 2. Disp. 512. per tot: Insuper aliis in locis vigent jura, quæ lusum prohibent, illa tamen hîc attingere non placet. Ratio verò prohibitionis est juxta Odof. in L. 1. ff. de Aleator: quod lusor seu aleator sit hostis Reipublicæ, nam vult ut omnes, qui ludunt, efficiantur pauperes, & consequenter fures & falsarii, & subdit idem doc. verb. & habeatis hanc regulam: Nunquam invenietis aleatorem, qui non committat ista tria. 1. Quod interserat falsos taxillos. 2. Quod ubicunque ludit in alea sua aliquis forensis & contentio aut lis aliqua oriatur, & propterea testimonium petatur ab aleatore, semper ferat testimonium contra forenses. 3. Quando isti aleatores vident hominem calefactum in ludo, i. e. inebriatum ad ludendum, faciant eum b. bere. Item committant aliud: quia mutuuntur falsos denarios & faciunt sibi reddi bonos. Imò contra aleatores Jura excandescant, & multa contra eos introducta sint. Lusoribus autem prohibitum est ludere ad ludos prohibitos, propter mala & peccata, quæ sequuntur ex illis, dicit tamen Odof. in d. l. Alea: usus: quod sicut homines flent de morte alicujus, ita flent de ludo, & quod ideo prohibitio facta fuit, quia multæ lacrumæ prodibant ex ludo, ut dicit text. aperte in d. l. Alearum usus. Sed audiamus Hosti: in summa de excess. prela: dicentem paucis versibus mala & peccata, quæ surgunt ex ludis:

Hec cum taxillis ludendo crimina fiunt:

Ecclesie spretus, usuraque, rixa, rapina,

Scandala, tum nugæ, blasphemiam tum faciendi

Furti doctrina, violentia, copia falsi

Et mortis causa deceptio, prodition,

Temporis & desiderium, corruptio, ingens.

Istis predictis, adulatio, vitæ, turpis.

Ecclesie spretus fit, quia contemnitur prohibitio Ecclesie ludum vetantis. Unde tales usurpantes quodammodo Harioli & pagani propter transgressum canonem, 81. dist. c. Si quis presbyteri, & per talem inobedientiam quis videtur incidere in crimen & punitur 34. dist. c. quorundam. Usura committitur, quoniam minimo & quasi

& quasi eodem instanti æquiparatur sorti, quin illam longè excedit, cum in lege civili usura centesima dicatur maxima, quæ solū mense centesimo sorti æquiparatur. Provenit etiā rapina, eò quod ludens intendit spoliare proximum, & quandoque spoliat & licet interdum non contingat, tamen Deus interrogat cor non manum 14. q. 5. c. *Si quid invenisti*. Scandalum quoque oritur ex ludo, quoniam boni scandalum accipiunt, nihil autem agendum est cum scandalo, ut in c. *Nisi X. de renunciatione*. Nugæ etiam descendunt ex ludo, quoniam in ludo multiplicantur mendacia & verba otiosa: siquidem autem quilibet tenetur de iis reddere rationem, ideo vitanda sunt: 44. di. c. *convivia*. Blasphemia etiam perpetratur, quod est detestabilius & ista fuit potissima ratio prohibitionis, ut dicit textus in d. l. *Alearum usus*, per quam blasphemiam frustratim sæpè incidunt membra Redemptoris, & talis videtur peior judæis, quia saltem integrum corpus reservarunt ut habetur in c. 2. X. *de maledicis per Dd.*

Nunc audiamus quædam miranda contra lufores: relatum legitur in Epistola quâdam divi Cyrilli Episcopi Hierosolymitani, quod in Samaria lusor quidam, qui bonis consumptis beatum Hieronymum blasphemans, fuerit statim fulmine percussus. Præterea audiamus, quid acciderit in civitate splendidissima Tyro tribus ludentibus: Qui dum in ludi principio dicerent, se contra omnem vim & ad monitionem Hieronymi, ludum, quem incepissent, prosperè finituros, paulo post principium ludi terra seipsam aperiens, illos solos absorbit, nec unquam illi amplius visi sunt, atque hæc dicit idem Cyrillus se habuisse à præsentibus & videntibus, sed quod statim subdit, asserit, se vidisse & accidisse in Hierosolymitana Urbe, juxta ædes quas inhabitabat, quidam miles nobilissimus & locuples, qui unicum habebat filium, illius amore excecatus eum non corrigebat, imò instruebat in pravis, ille bonis moribus destitutus, in ludis, blasphemis & immunditiis annum attigit duodecimum, die quâdam jam ad vesperascente ipse perdens in ludo effudit hæc verba: Faciat quicquid potest ille Hieronymus, qui ludos prohibet, nam eo invito hinc non nisi victor surgam. Dum autem hæc repeteret, ecce Spiritus nequam in specie hominis horribilis omnibus videntibus ludi locū velociter adiens

eundem infelicem puerum rapuit, & quo eum detulerat, nunquam haecenus est compertum. Monet ergo Sanctus ille vir Cyrillus juvenes, ut bonis moribus adsuescant, abstinentes maxime à pravis ludis, quare quod novæ chartæ scribitur, de facili non deletur; monet etiam Parentes ad informationem & verberationem filiorum, ne flendi eis succedat eventus. Neque hinc prætereunda est historia illa auditu horrenda, quam exhibet Theatrum Diabolorum *pr. sub rubr. der Spiel. Teufel p. m. 44.* Nahe bey der Stadt Willisau in Schwetz haben drey Spieler des Sonntags auf der Scheiben gespielt/unter welchen einer Ulrich Schröter genant/desselbigen Tages viel Geld verspielt und übel darüber gestuchet / da ihm aber ein gut Spiel kommen / hat ers vor unmöglich geachtet / daß er es verspielen solte / hat derothalben trozzig gesagt / wo er solch gut Spiel verlohren würde/wolte er Gott im Himmel erstechen; Aber was er sich gefürchtet daß ist ihm wiederfahren / und hat das Spiel verlohren; darob er dermassen entrüstet/daß er seinen Dolch bey der Spitze erwischer/in die Höhe geworffen und gesprochen / er wolle denselben / so er künfte / Gott in den Leib werffen. Was ist aber hierauf erfolgt? der Dolch ist verschwunden/und sind bald 5. Blutstropffen auf die Scheiben gefallen. Der Teuffel aber ist mit grossen Ungestümm kommen/ und hat den/ so mit dem Dolch geworffen / sichtiglich hinweg geführet. Die andern zweene aber haben das Blut von der Scheiben abwaschen wollen / und doch nicht gekont / denn ie mehr sie gewaschen/ ie länger das Blut geschienen und röcher worden. Es ist aber der eine bald so schwach worden/ daß er im Thor umgefallen/ dem sind plötzlich am Leibe grosse Läuse gewachsen/ die ihm grosse Löcher gebissen/daß er davon jämmerlich und schmerzlich hat sterben müssen. Der dritte ist in der Stadt von der Obrigkeit mit dem Schwert gestraffet worden. Furtum etiam committitur, quia, cum lusor ad inopiam devenerit, propter rerum suarum perditionem ad furta se convertit, ut experientia teste discimus. *Videmus, inquit D. Ambrosius, aleatores subito egentes, repente divites, deinde nudos, singulis jactibus statum mutant.* Versatur enim eorum vita ut tessera, volvitur census in tabula, fit ludus de periculo & de ludo periculum, habet alea suas leges, quas fori jura non solvunt. Quo spectat illud Virgilii de ludo:

Si

Si quis habens nummos veniens exhibit inanis,

Lusori cupido semper gravis exitus instat.

Est quoque ludus aliquando causa mortis, quia ludendo proceditur de verbis ad verbera, de verberibus ad vulnera, de vulneribus ad occisionem, ut non raro docet experientia. Atque cum in Theatro Diabolorum p. m. 54. extent nonnulla, quæ hanc rem maximè illustrant, idcirco illa hinc transcribam: Daß zu Thame ein Mäurer über dem Spiel einen Zimmermann ermordet/und der Thäter bald nach wenig Tagen wiederum den Kopf verlihren müssen. Desgleichen geschah zu Wittenberg / da ein Fleischer-Geselle über dem Spiel einen andern erstochen / und er des dritten Tages auch umgebracht / und zugleich in ein Grab geleyet wurden. Pergit. Daß sich aber solch erschrecklich Wesen nicht allezeit bey dem Spiel zuträget / sondern man ist auch guter Ding darbey / und hält mit unnützen Worten und Schlägen inne / solches geschichet und bleibet nach entweder aus Furcht der Straff und Schande / so auf solche Thaten folgen / wie sie selbst sagen : Ach schonete ich nicht mehr als deiner/so wolt ich dich bald ein Stück sehen lassen/2c. oder der Satan läßt solches geschehen ihm selbst zum Vortheil / daß er die Spieler nicht abschreckt/dieweil man guter Ding dabey ist/auf daß also beyde Part/ die so unnütze sind/Fluchen und Morden/2c. Auch die so vernünftig / still und frölig seyn über dem Spiel / in seinen Gehorsam bleiben mögen / denn fluchen sie / so fluchen sie dem Teuffel / lachen sie aber/so lachen sie dem Teuffel / es ist eines so gut als das andere/2c. Nec deceptiones & fraudes desunt, & qui melior scit decipere, melius dicitur ludere propter hominum corruptelam, canones autem & LL. neminem volunt illaqueari. Perditio etiam temporis inde resultat maxima, unde infiniti Scholares, qui si non lussissent, doctissimi evassissent: Propter ludum & tempus in ludo damnabiliter amissum recessere exhausti pecuniis, & secretarii i. e. nunquam leges allegantes: Pro dolore inæstimabili dolendum de amissione substantiæ, sed longè magis de amissione temporis secundum Host. Unde dici solet.

Damna ploro rerum, sed plus fleo damna dierum

Rebus quis poterit succurrere, nemo diebus.

Desiderium quoque nascitur ex ludo, cum oriatur maxima cupiditas

ditas lucrandi, quæ est radix omnium malorum. Corruptio quoq;
multiplex nascitur sc. eorum quos malo exemplo corrumpunt.
c. 11. q. 3. c. in cunctis. Unde subdit Hostien: quod tales corruptores
teneantur Jesu Christo de servo corrupto, *Arg. L. 1. §. L. Ut tantum*
§. f. cum seq. ff. de serv. corrupt. Adulationes etiam fiunt & adu-
latoriis verbis commendatur cautus ludens, etiam si est in pun-
cto, exaltatur, quod damnabile est *86. dist. c. donare*, & ista adulatio
est crimen capitale in Clericis. *46. dist. c. 2. §. 3.* Hinc facit *d. L. 1. §. 4.*
ff. de Serv. corrupt. quæ vult, quod non debeat quis laudando
augere malitiam. Vita turpis agitur propter ludum secundum
Dd. in dictis locis, & communiter ludendo transgredimur tria
præcepta justitiæ: quia honeste non vivimus, jus suum alteri
non tribuimus, imò honoris & ambitionis causa seu avaritiæ per
omnem vitam ludens quærit victoriam, & hac potissima ratione
Clerici prohibentur ludere, ut *in d. c. X. de vi. §. hon. cle.* Ultimò
videmus, quod Senatus Romanus, ubi erat Synodus moralitatis
ludum tanquam causam malorum prohibuerit, ut *in L. 1. §. 1. de Aleat.*
Imperator etiam expresse dicit *in d. L. Alearum usus C. de Aleat.* an-
tiqua res est, verum pro tempore prodiit in lacrimas, intellige
propter substantiæ exinanitionem, blasphemias & mala prædicta,
ideo prohibuit. Legimus lusores se ipsos interemisse propter lu-
dum, venenum sumsisse propter ludum, Diabolo se vivos pro-
prio chirographo tradidisse propter ludum, unde abstinendum
ab omni ludo prohibito, tanquam arte perniciosa & prona ad
cuncta mala. Vid. Caccial. *in tr. de ludo, à n. 11. usq. ad n. 18.* Paris de
Puteo *tr. de lud. n. 1. 2. §. seq.* Dunte *in Cas. Consc. c. 9. q. 78.* Franzk,
comm. ff. de Aleat. n. 11. Perez *C. h. t. n. 3.* Jacob Men. *A. 1. Q. Cas. 399.*
Jodoc. Damhaud. *Pr. Rer. Cr. c. 128. n. 15.* Ant. Matth. *de crim. ad*
Lib. 47. ff. tit. ult. c. 6. n. 3, in f. Christin. Decis. Mechlin. lib. 2. Decis.
198. §. seq. Rol. à Valla *Vol. 2. Conf. 63. n. 22.* Petr. Gregor. Tholos,
lib. 39. c. 3. n. 10. ubi refert Anton. Florent. dicentem: *ex ludo tot cri-*
mina nasci, quod sint puncta in taxillis Jac. Menoch. *de Arbitr. Jud.*
quest. lib. 2. Cent. 4. cas. 399. n. 1. Et hinc varia epitheta, ob vitia in-
de oriunda, ludo tribuuntur: Altor otii, Magister ignaviæ, instru-
mentum avaritiæ, fraudis officina, reifamiliaris everfio, tem-
poris jactura, rixæ materia, morum pernicies, dignitatis labe &
insignis

in signis ignominia, cruciatus assiduus, Aquila deniq; Promethei
adpellatur, uti ex Pasc. Justo. *de Alea. lib. 1.* adducit Döring *Biblioth.*
J. Cor. tit. de Alea. n. 33. Hinc merito jure civili Romano *tot. tit. ff.*
de Aleat. variisque aliis, ut modo demonstratum, juribus, alea-
rum lusus prohibitus est. Id enim licitum Principi est, ea quæ qui-
dem ex sua natura non videbantur iniusta, interim si damna inde
ac nocumenta in Remp. redundarint, prohibere ac e Republ. sua
eliminare, quæ de re Angli illius celeberrimi Johan. Seideni *de J.*
N. & G. juxta disciplinam Hebræorum lib. 6. c. 11. sententiam ad
nostram casum adplicatum adducit Dn. Struv. *Exerc. 15. th. 56.* Ve-
rum huic salubri dispositioni derogatum esse censetur juxta non-
nullos de contraria consuetudine, quæ & ludum permittit, & in
eo deperditi repetitionem denegat, adeoque ludentibus nullam
poenam irrogat Chil. König *in suo process. sub tit. Klage von Dopp-*
pel. Spid. c. 37. n. 4. Coler. *Decis. 173. n. 7.* Caccial. *tr. de ludo n. 79.*
Jul. Clar. *in prax. Crim. §. Ludus n. 2. 7. & 8.* Bonacos. *in commun.*
opin. Crim. verb. Ludus: Eman. Suarez in thesaur. recept. sent. verb.
Ludus n. 197. & seqq. Angel. Aretin. *in tr. malef. verb. Meditore n. 27.*
Marc. Ant. de Amat. *Decis. 137. n. 5. & 6.* Hanc autem consuetudi-
nem ut iniquam & ad peccatum trahentem improbant Abbas *in*
v. Clerici n. 14. X. de vit & honest. Clericor. Alberic. *in L. ult. de Aleat.*
Lancelot. *in tr. de officio Præst. in caus. crim. tit. de lusorib. n. 9. & 10.*
Malvet. *de ludo taxill. n. 18.* Stephan Costa *de ludo artic. 5. n. 1.* Heig.
P. 2. q. 10. n. 33. & alii allegati per Didac. Covarruv. *in c. peccatum*
par. 2. §. 4. n. 3. Unde & Zas. *de feud. part. 4.* turpe & abominabile
censet, quod quidam Prælati feudum constituerunt ex quæstu lu-
sorio vulgò Scholder. Alii tamen modo citati eam susinendam
volunt, quod prohibitio ista sit juris humani, quam per consuetu-
dinem, quæ altera est juris species tolli posse tralatitium est, mo-
do per legem non sit reprobata. Et posset ea videri non indecens
& extra peccatum esse hominibus, si eos ab officio non abstrahat,
& cum Cicerone *1. de offic.* modus retineatur, atque, ita lusu utan-
tur sicut somno & cæteris quietibus, tum, cum gravibus seriisque
satisfecerint, si studia majora aut graviora non impediunt, & ab
honestatis actionibus alieni nihil interveniat, desit libido luxu-
riandi, desint rixæ aliæque mala, quæ Justinianum aliosque legum-
latores

latores ad prohibendum lusum moverunt, in tantum ut ista consuetudo ludi permissiva excuset in foro poli Caccial. *in tr. de lud.* n. 71. Cui sententiæ meum quoque calculum adjicio.

CAPUT II.

Etymologiam, Homonymiam, Synonymiam, Definitionem ac divisionem proponit.

PONENTI ludum ante oculos præcipuè Nominalia excutere incumbit, ne verborum neglectus incertitudinem pariat, ut neq; verba neque res tenere queamus: Oldendorp. *cl. 4. act. 24. p. m. 646.* Sed potius vocis cognitio sit insimul ipsius rei perceptio, monente Scal. *Exerc. 1. Sect. 1.* idque cum præeundo observaverint Jcti, tam in Etymologia Grammatica, Institorem dicentes ab instando *L. 3. ff. de inst. act.* Instrumentum ab instruendo *L. 1. ff. de fid. instr.* quam Juridica seu Logica qua testamentum idem est ac testatio mentis *§. 1. ff. de testam. ord.* donatio ac doni datio *L. 1. ff. de donat. pratum quasi paratum L. 31. ff. de V. S.* possessio quasi pedum positio *L. 1. ff. de A. & A. P.* omnino & nostrum erit, instituto eorum tenaciter inherere. Descendit verò ludus, uti haud difficulter adparet, à primitivo suo ludere Tertull. *lib. sing. de spectacul.* ex veteribus Auctoribus scribit, Ludos à Lydis dictos esse, qui ex Asia Transvenæ Duce Tyrreno, cum fratri suo Regni contentione cederet, in Etruria confederint, ibique inter ceteros ritus superstitionum suarum, spectacula quoque, religionis nomine instituerint. At Gryphiander ex Isidoro *L. 18. Etym. 16.* ait, generaliter ludum dici à lusu, quod Juvenes per dies festos solebant ludi exultatione delectare populum, *in aecom. legal. l. 1. c. 35.* Quod si verò ludorum species ponderem, earum evolvere etyma res altioris erit indaginis. Laurent. Valla *1. Eleg. c. 8.* inquit, vocem Aleam promanare à verbo, quod nusquam reperitur, quia aleare non dicimus, sed alea ludere: Alii verò ab alia, quasi alea semper sit alia seu dubia. Alii nomen deducunt ab ἀλη Græco, quod errorem denotat, cui derivationi quoque meum calculum cum

cum Christiano Becmanno non infirmæ cavæ Philologo adjicio, nihil namque alea incertius est, juxta Oratorem *lib. 2. de divinat.* Alii iterum aliam amant originationem, sed hujusmodi subtilitatibus diu insistendum non puto, cum inanem verborum observationem leges nostræ non curent *L. 15. C. de testam.* & nuda vocum disputatio solis pertinacibus relinquatur, qui non sensum, sed vana nominum vocabula amplecti desiderant *L. 2. §. 1. C. de const. pecun.* Est autem alea in genere lusus omnis fortuitum habens exitum, tametsi in specie pro tesserarum talorum, scruporum ludo, turricula, fritillo accipiatur. Cujac. *in parat. ff. & C. de Aleat.* Dion. Gothofr. *in not. ad rubr. C. de Aleat. lit. c.* Franzk. *ff. de Aleat. n. 6.* Hinc quoque fit, referente Dn. Lehm. *in cit. tr. c. 1. n. 19. seq.* ut alea pro fortuna & periculi cujusvis dubitatione usurpetur, sicuti constat ex isto Senecæ, qui, *subibo, asserit, hujus voti aleam,* vel ut Livius: *In dubiam Imperii servitiique aleam imus i. e. in dubium servitutis periculum.* Ast interdum sumitur specificè, quatenus de tesseris duntaxat sermo instituitur, quo pacto tradit hoc Sipontinus *ad Prefat. Plinii. Alea dicitur* (sunt verba illius) *omnis ludus, magna ex parte in fortuna varietate consistens, sed propriè de tesseris intelligendum.* Neque ab hoc recedit Raderus *ad lib. 4. Epigr. 12. Mart. Alea, inquit, propria est hujus ludi, quamvis de omni generatim ludo alea dicatur, speciatim tamen tessera competit;* Hinc quoque pertinet illud juvenalis *Satyr. 14. v. 5.*

Si damnosa senem juvet alea, ludit & heres

Bullatus, parvog³, eadem movet arma fritillo.

Sed aleatorum nomine veniunt, qui ludis magis in sorte & casu, quam arte consistentibus lucri causa sunt dediti. Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 15. tb. 53. pr.* Paris de Puteo *tr. de ludo. n. 46. med* Neque Etymologia Schachorum hinc prætereunda est. Horum autem nomenclaturam alii ab Hebræis derivant, puta ex radice *שחך* obtexit, sepivit & *מו* mori, quia ludus iste finitur per Schach & Math, nempe cum Rex obsessus & immobilis efficitur, ut mortuus. Petr. Greg. Tholos. *lib. 39. c. 4. n. 8.* Marc. Hieron. Vida de *Schachia ludo,* quem citat Döring. *Bibl. Jurid. sub voce Alea n. 12.* Alii potius credunt voce Persica Schach Regem significante derivationem factam. Unde apud nos das Königspiel/ Schachspiel. Hieron. Vida *in li-*

misti

G

bello

bello, quem de hoc ludo edidit, deducere non erubescit à Schacheide
foemina Italica, nimis forsan superbè in gentis suæ Italicæ laudem.
Selenus in tr. de hoc ludo lib. 1. c. 2. in fin. deducit à Germanico
Schaffen i. e. Vertreiben. Magis tamen mihi prima derivatio,
quam ponit Petr. Greg. Tholos. Synt. 1. univers. lib. 39 c. 4. arridet.
Hunc quoque Schachorum ludum Dardanam pugnam nuncu-
pant. Sunt, qui hunc ludum esse antiquum à Palamede in castris
Trojanis Græcorum inventum prodiderunt, & ad exercendos mi-
lites, in otioque ad militiam præparandos plurimum valere cre-
diderunt. Jul. Ferret. de re milit. tit. de milit. otio n. 11. Erasmi. Cbil.
3. cent. 2. adag. 28. ubi Palamedeis calculis occupari scriptum re-
perio apud Cassiod. lib. 8. c. 31. circ. fin. de quo ludo late Hieronym.
Vida Poëta, Deorum gentilium lusibus illum concedens. Certè
in eo omnia Martium quiddam spirare videntur & impensiore ra-
tione tantum exornata reperiuntur, quæ & Cælius Calcagnin.
lib. sing. de talorum ludo &c. p. 209. pulchrè consideravit & ingenio-
sissimus licet sit, tamen ad barbaros etiam usus illius permanavit,
quemadmodum de Indicis populis Petrus Martyr, & de Septen-
trionalibus Gothis Olaus Magnus testantur, ac in agri Halber-
stadenfis pago Strepe rustici adeo hujus ludi periti dicuntur, ut
exercitatissimos extraneos vincant. Sane apud interpretes no-
stros tantum quidem meruit favorem, ut inter ludos licitos &
permissos habeatur: Summa Baptista in verb. Ludus: Clarus in pr.
crim. §. Ludus n. 2. ubi ad hoc citat. Rosell. de Rosell. inter consil. cri-
min. divers. conf. 46. n. 5. lib. 1. Ignat. Lapez in Pras. Canon. c. 70. Clu-
dius in comm. de condict. indeb. c. 6. n. 55. p. 309. Etenim exercet & a-
cuit ingenium, nec fraudibus nec cœcæ fortunæ locum relinquit,
venustam imperiorum exhibet theoriam, dum ostendit non mo-
do subditos à Principe neque Principem à solis potentioribus, sed
ipsum etiam interdum Regem ab abjecto rustico incolumem con-
servari. Et quod iste latruncolorum ludus sit tum jure Cæsareo
tum Pontificio non modo laicis sed Clericis etiam permissus, at-
testantur Accursius in Auth. Interdicimus in verb. ad tabulas C. de
Episcop. & Cler. Innocent. in c. lator presentium 9. de homicid. Jo-
hann. Andreæ Abbas & cæteri in c. pen. de vit. & honestat. Cler.
Steph. Costa in tr. de ludo 2. art. pr. n. 28. & seqq. Verum neque
istum

istum Schachium ludum permitti debere post alios placet Petr. Heigio *Part. 2. q. 10. n. 51. p. 103. & seq.* Dn. Besold. & Lindenpür. *in comm. ad Ord. Würt. tit. von Spielen 2c. n. 3. p. 385. & seq.* Vid. Harpr. *ad pr. Inst. quib. mod. re contr. obl. num. 56.* De ludo Schachorum scripsit quoque Thomas A&ius *tom. 7. tract.* Absoluta jam Etymologia progredimur ad Homonymiam, quæ in ludo latissime patet. (1.) Ludus opponitur serio; Quod comprobat Eloquentiæ Parens, in suo aureo de officiis commentario *lib. 1. Non ita*, inquit, à natura generati sumus, ut ad ludum & jocum facti videamur, sed ad severitatem potius & ad quadam studia graviora: ludo autem & joco uti illis quidem licet, sed sicut somno & quietibus, cæteris tum, cum gravioribus seriisq; rebus satisfecerimus. (2.) Pro spectaculis ac solemnitatibus publicis de quibus vid. Johan. Rosin. *in Antiq. Rom. lib. 5. c. 1. & seqq.* Alex. *Geneal. dier. lib. 3. c. 21. & lib. 5. c. 8.* add. Panciroll. & Briffon. (3.) Pro ipso loco, in quo aliquid exercitii fit, aut ad vires corporis aut ad ingenii acumen pertinens, quemadmodum ludus palæstræ, pilæ, literarius pro loco ipso, in quo hujusmodi res exercentur, frequenter usurpatur, & qui ejusmodi exercitiis præ sunt ludi moderatores ac Magistri adpellantur. (4.) Ludus in jure pro genere pœnæ mediocri accipitur, quomodo duplex erat, venatorius & gladiatorius, in utrumque damnati servi pœnæ efficiebantur. Venatorius erat, cum ludicra bestiarum venatio exhiberetur, quâ pœnâ juniores adfici solere scribit Ulpian: *in L. 8. §. 9. & 10. ff. de pœn.* Gladiatorius autem erat, cum servi inter se populo spectante pugnarent, quæ pœna à Constantino sublata est *L. 1. C. de Gladiat.* Paulus *lib. sent. 5. c. 17.* damnatos in gladiatorium ait esse intra annum consumendos. Hujus etiam meminit *L. 1. C. Theodos. ad L. Falc. Idid. lib. 10. Etym. c. 52.* Tertull. *lib. de spect.* (5.) Terent. *Eunuch. Act. 2. scen. 3. v. 8.* Qui si amare occeperit ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit. Ludum jocumque adpellat, quæ longè minora & contemtiora sunt, si comparentur cum aliis, ita nos gegen dem ists lauter Kinderspiel. *Liv. lib. 28.* Næ sibi P. Cornelio cum ex alto Africam conspexeris, ludus & jocus Hispaniæ tuæ videbuntur. Sic dicimus ludum jocumque aliquem facere einen zum Narren machen. (6.) Ludus & apud Crimi-

minalistas aliquando capitur pro proba Germ. die Wasser-Prob-
be / quam optimò jure damnavit Imper. Carol. V. in Constit. Cri-
min. artic. 228. ibi dergleichen Gewohnheiten wollen wir / daß eine je-
de Obrigkeit abschaffen / &c. vid. Dn. Tabor. *tr. de confront. c. 4. p. 5.*
ib. 3. it. Lehm. in cit. tr. c. 1. n. 14. & seq. Hic autem accipitur pro
actu ex conventione orto delectandi vel lucrum ex eventu
victoriae vincenti comparandi gratia instituto.

Ludus & lusus communiter pro Synonymis venditantur,
verùm Valla *lib. 4. Eleg. c. 16.* discrimen inter hæc duo vocabula
agnoscit, dum affirmat, ludum & periculum & spem sibi propositam
habere, lulum autem nihil præter meram voluptatem. Quanquam
Doctores aleam quoque ad synonyma ludi referant, tamen
strictè loquendo eam pro synonymo ludi legitimo vix venera-
mur, dum ut plurimum pro ludo illicito capiatur, siquidem est
ludus vorax, bonisque moribus inimicus, ut loquitur Damhaud.
in Prax. Crim. c. 126. n. 1. Ex ea namque, disserit, *conspicimus mul-
tos divites ex re lautâ benè natos pervenire ad summam rerum
omnium penuriam & egestatem, à rebus latissimis in extremum
luctum, à gloria ad ignominiosa dedecora, à pietate in reprobura
sensum, à fidelitate & justitia ad furtum & rapinas.* Memorabile
est, quod hanc in rem Lans. *in Orat. suis p. 45.* recenset de Italo
Aleatore quodam, qui testamento suo inter alia hoc inseruit præ-
cepitque, ut post exitum ex hac vita formarentur tesserae ex ossi-
bus relictis, quò si non ipse, ossa tamen ad minimum circumveni-
rent homines. Enodata nunc Onomatologia Pragmatologiam
seu Definitionem tradere operæ pretium esse duco, quæ quid res
sit, de qua disputatur, declarat, ea quippe magnum lumen omni-
bus materiis addit, & ex ignorantia definitionis nulla materia be-
nè intelligi aut cognosci potest, Schrad. *de contract. tit. de duob. reis
n. 4.* Delineo autem cum Dn. Hahn. ludum ita: *Ludus est actus ju-
cundus, quo ex conventione duo pluresve seu solius delectationis sive
recreationis causa, sive simul ob lucrum vel licitum vel illicitum ejus
rei, quæ victoria causa deposita vel promissa fuerit ei, qui vicerit, ca-
piendum.*

Generis vicem obtinet vocula actus, non verò con-
tractus, quoniam ludus mera conventionem haud perficitur, est
quip-

quippe certamen seu pugna *arg. l. 2 §. 1. ff. de Aleat. Arist. 1. Rhet. 11.*
vers. qui pertinent ad pugnas, ac eò modò præcedere solet actio
 siue expressa siue tacita ludentium, nec indefinenter in ludo depo-
 nitur, quod victor auferat. Hahn. ad *Wel. tit. de Aleat. n. 1.* Diffe-
 rentiam & quidem genericam absoluit addita vox jucundus &
 ludum adui cuiusque, qui molestiam quandam creare potest,
 contradistinguit. Specifica verò differentia desumta est partim à
 subjecto, partim ab objecto, partim à forma & partim à fine, de
 quibus omnibus suò locò. Jam à definitione sine ulteriori cir-
 cuitu commodè pervenio ad ludorum divisionem, illa siquidem
 ipsius rei difficultatem explicat §. 3. *verb. sed ne imprimis J. de Le-*
gat. Constat verò illos dividi primò in permissos & prohibitos.
 Permissi sunt (1.) qui virtutis & gloriæ causa fiunt, veluti si quis
 certet hasta aut pilo jaciendo vel currendo, saliendo, luctando,
 pugnando *L. 2. §. 3. ff. de aleat.* Illos ad quinque genera Justinia-
 nus refert in *L. 1. §. 2. C. eod.* nempe *μονόβολον* saltum sine conto
 i. e. singularem saltum, *κοντομονόβολον* saltum conto suffultum;
κοντομονόβολον κόντανα χωρίς τῆς πύργων jaculationem hastæ, pili vel
 conti sine cuspidè, quæ Quintiniana jaculatio ita ab inventore,
 hodieque Quintana vulgò vocatur, *πυργων* collucationem;
ἵππων equorum cursum *Vid. Cujac. in parat. C. h. t.* Ex his lu-
 dis licet etiam facere sponsonem, non item in aliis, ubi pro vir-
 tute certamen non est, *L. 3. ff. eod.* pecunia tamen ludere non licet,
 nisi ditioribus solido in singulas vices deposito, cæteris pecunia
 longè minori *d. L. 1. vers. §. liceat L. ult. verb. Sed nec non C. h. t.*
 (2.) quod in convivio vescendi causa ponitur, in eam rem familiæ
 ludere permittitur *L. ult. in pr. b. t.* E contrario lusus vetiti sunt,
 in quibus non virtus sed fortuna dominatur, seu qui in aleæ spe-
 ciem cadunt *d. L. 1. §. 2. C. h. t.* Dn. Franzk. *ad ff. tit. de aleat.*
n. 2. seq. Deinde ludi distribuuntur in publicos & privatos. Illi
 in theatris olim & amphitheatris in hunc usum exstructis perage-
 bantur, quorum prius pars dimidia erat circuli, in quo stantes
 conspiciabant, posterius quasi duo theatra continebat ad ludos
 venatorios aliosque majores comparatum. Finis eorum potis-
 simum erat duplex, partim quò Deos pro sua religione venera-
 rentur, de quibus pluribus *Val. Max. lib. 1. de relig. it. lib. 2, c. 10. agit.*

partim ut Principes vel Magistratus subditorum suorum favorem sumtibus haud exiguis venarentur, & plebem à novarum studio rerum avocarent. Hi verò sc. privati aliis in locis vel plateis fiebant, præcipuè in conviviiis privatis aliisque conversationibus, de quibus & mihi potissimum h. l. sermo est. Aliàs communiter veteres dividebant ludos suos in Gymnicos, Circenses, Gladiatorios & Scenicos: Gymnici fiebant velocitatis ac virium gloria, quorum iterum quinque dabantur genera, nempe saltus, cursus, disci jactus, pugilatus & luctatio: Unde Græcis *πειπιάδων*, Latinis quinquertium dicebatur, de quibus si lubet, plura videri possunt apud Mercurialem, Bulengerum, P. Fabrum, Lipsium, aliosque antiquitatum scriptores. Circenses, ut rem in pauca conferam, in circo in honorem Deorum exhibebantur. de quib. Val. Max. *l. c.* Gladiatorii in amphitheatro & arena peragebantur, ita ut vel homines inter se pugnarent vel cum bestiis, & hi vel damnabantur ad bestias, ut servi propter delictum, vel spontè quæstus ergò cum iis pugnabant, de quibus Val. Max. *lib. 1. de prod. it. Flor. lib. 3. c. 20. §. 3.* vid. Dn. Christ. Köhrenssee in *Disp. de lud. moral. §. 8.* Scenici denique in theatro & scena habebantur. Neque verò hodiernâ tempestate ludos scenicos summorum virorum suafu abrogandos, sed potius certo modo tolerandos & laudandos esse existimo. Nam cum cæteri ludi nos defessos labore reficiunt, certe id faciunt scenici ludi, quoniam collatione factâ nullum reperietur exercitium, quod liberalia ingenia in ætate juvenili præprimis magis deceat ac delectet, quàm Comicum. Totus homo totumque hominis mira recreatione ludis istis adficitur. Animus lassus musicis concentibus, qui semper adhiberi debent, quasi vivificatur, intellectus cognitione rerum jucundarum, phantasia perceptione specierum pulchrarum, voluntas & adpetitus motione adfectuum, oculi visione objectorum lætissimum, aures auditione historiarum admirabilium, summè maximeque reficiuntur, test. Meisner. *Phil. Sobr. p. 1. sect. 2. c. 4.* Et quidni illos spectare & peragere liceat, cum ipsa S. Scripturæ monumenta tales nobismetipsis præbeant, ut Theander noster Lutherus docet in suis scriptis & annotatis verè aureis *super Hiob, Tobiam & Judith.* Quantum emolumenti deinde tam actores quàm Specta-

Spectatores ex illis percipiant, vix verbis satis describi potest: Agentes enim addiscunt exinde gestus decentes, vocis vultusque decoram moderationem, memoriæ cognitionique insigniter consulunt, affectus domare addiscunt, dum virtutes sectari, vitia angue pejus fugere docent. Adspectantes parile imò multo majus commodum ex iis hauriunt, dum hac ratione virtutis emolumentum, vitiorum detrimentum quasi vivis coloribus depingi vident, nec non in multarum antiquarum rerum historiarumque notitiâ perveniunt. Et si de virtutibus faciendis & vitiis fugiendis præcepta tutò legi possunt, quidni eadè audita aut visa per virtutum vitiorumque quâ voce, quâ gestu representationem, uti fit in ludis scenicis, honestè, licitè, & tutò, audiri vel videri possunt, inquit Heerebord. *in Coll. Eth. Diss. 28. de Urban. th. 3. Nam, ut B. Meisneri verbis utar: Si decies vel quinquagies ebrietatis deformitatem & enormitatem exaggerari audiveris, non ita eam detestaberis, quàm si semel duntaxat in teatro, ebrium varia facinorum genera susipientem seque commaculantem videris l. c.* Cum quibus etiam consentit Gryphiand. *d. l. qui iisdem ita laudem suam attribuit: Ludi comici honesti sunt, & suâ laude digni, utpote ex arte Poëtica profecti, tum ad erudiendam juventutem tum etiam ad oblectandum & condiendos animi labores &c.* Verum enim verò quantumvis Reformati adversarii nostri videant nihil nostro asserto verius esse, nihilominus tamen nobis contradicunt, quorum argumenta refellere non ad nostram, verum Theologicam cathedram pertinet, sed cupidus lector potest illa videre refutata in Excellent. Dn. Röhrensee *Dissut. de moral. ludor. §. 15. seq.* quo ipsum ob brevitate, cui maxime studeo, remitto. Porro ludi privati esse suum habent vel à sola fortuna vel à sola arte, vel partim à fortuna partim ab arte. Ludi à fortuna esse suum habentes sunt illi, qui ex fragili ejus eventu dependent, & hi communiter tanquam illiciti rejiciuntur, cum ad sordidum lucrum & quæstum modo tendant. Ad hanc classem referuntur variæ species ludi chartarum lusoriarum, quæ sub certum determinatumque numerum vix ac ne vix quidem cadunt. Nullus namque pagus, nullum oppidulum reperitur, quod non peculiare ludendi genus observet. Ac quamvis non negandum sit, ar-

tem

tem & industriam haud raro multum lusori conducere, quando videlicet adversarius non æque felix fortunatusque est, ac insuper in tali lusus genere non adeo versatus invenitur, attamen id fieri per accidens nec ad ipsius rei essentiam multum conferre quis est, qui non videt? quam ob rem à veritate absonum non est, quod communiter circumfertur dixerium: *Ludum chartarum depictarum magis cæcam fortunam quam artem juvare.* Hic oritur quæstio, num Chartularii in benè constituta Republ. sint removendi, an verò tolerandi? Dist. aut ludi chartarum in ejusmodi Rep. permittuntur aut non: Si prius, tunc omninò etiam asserendum est, quod chartularii tolerari debeant, his quippe remotis ludi chartarum vix amplius exerceri poterunt ob chartarum inopiam. Si verò posterius, tunc & illi non immeritò expelluntur, 1. Quia hi auctores & promotores existunt. 2. *Arg. §. 11. J. de obl. ex delect.* 3. quia receptatores non tolerantur, qui chartas tantum suppeditant, ergo multo minus chartularii, qui eas conficiunt. 4. Per *L. 50. §. 109. Arg. à contr. sens. §. 5.* Causam damni dans ipse damnum dedisse censetur *L. 30. §. 3. L. 51. pr. ff. ad L. Aquil. c. 11. X. de homicid.* ubi autem causa subest, ibi culpa est, *c. 23. de R. I. in 6.* Hinc liquet, quod cum Ludus chartarum non sit prohibitus Laicis in Castilla & Lusitania, conficere aut vendere chartas lusorias, vel eas ex aliis regnis quilibet pro lubitu adportare valeat conf. Ludov. Molin. *de J. & J. tom. 2. disp. 521. n. 2. & 3.* Id chartarum genus maximis encomiis decorandum est, quod ad res utiles valdeque necessarias quasi viam sternit, sicuti hunc in modum chartas lusorias emisit Jean de Marets Gallus quidam, ex quibus de facili omnem Geographiam quilibet sibi familiarem potest reddere, has Germanicè cum emblematis Serenissimo ac Potentissimo Johanni Georgio III. Principi Electorali Saxonie inscribi dicarique curarunt Wolfg. & Johan. Andr. fratres Endteri Norimberg. 1656. Aliud ludendi genus in Hieroglyphicis consistens nobis exhibuit M. Henr. Oelschlegelius Electoralis olim prope Albim Collega, quo juvenus scholastica se exercere potest recitando carmen, locum communem ex certo aliquo auctore, qui videri potest, Dn. Lehm. *in cit. tr. c. 2. n. 72.* Porro huc spectat ludus tesserarum Germ. das Würffelspiel. Quid autem tesserarum

fera

fera sit, quibusque significatis involvatur vid. Dn. Lehm. d. c. n. 77.
 & seq. Prætereundum hîc minime est, quod tessera interdum signi-
 ficet lignum ex utrâque parte æquabiliter complanatum, ut
 numerum aliquem vel inscribendo vel incidendo possit recipere
 Germ. ein Kerbholz/ dicitur alias à Varrone talea. Quæritur, An
 hisce bacillis fissis, vulgò Kerbhölzern semper credatur. R. iis aliter
 fides habenda non est, quam si ex utriusque partis con-
 ventione mutua confecta fuerint, teste Carpz. l. 2. C. 4. D. 7.
 Ita Domini in eâdem causa (verb. sent.) Inmassen denn auch die
 Zinsen und Fröhnen/ so unmittelbar albereit erleget und verrichtet wor-
 den/ durch die ausgeschuittene Zettel und Kerbhölzer/ dafern solche
 beyde Theile allwege mit einander und zugleich richtig gehalten/zur
 Nothdurft erwiesen und beygebracht worden. B. N. B. Testatur
 historia, quod Casimirus Rex Poloniae Johannem Covarium,
 Ministrum suum Aulicum, qui ex fuga comprehensus Criminis
 læsæ Majestatis insimulabatur, ob id, quod impatiens Regi, multum
 auri tessera à se lucrato, alapa inflixisset, ipse hisce verbis defende-
 rit: Ego magis reus sum, quippe qui meæ conditionis oblitus ludo
 huic me immiscui, idcirco non ipsi ignoscam tantum, sed & alapa
 hujus acceptæ nunquam non recordans ab ejusmodi ludo impo-
 sterum abstinerebo. Zingr. p. 380. De tessera eleganter ita loquitur
 Gerlachius in sua 1. Cent. Apophth. 76. Einen Spieler vergleichen die
 Würffel denen Pillulen/ die man zum purgiren gebrauchet/ denn gleich
 wie man mit einem geringen Gewicht oder etliche wenig oder mehr als
 zu viel aus den Leib ausführen kan/ also wird oft manchen mit 2. oder 3.
 Würffeln ein grosser voller Beutel fein sauber ausgeleeret/ und noch
 darüber grosses Unheil gestiftet. Hinc probe admonemur ad vi-
 tandum istum ludum tesserarum hisce vulgatis versiculis:

Ludens taxillis bene respice quod sit in illis

Spes tua, mors tua, fors tua, res tua pendet in illis.

Capitaneo Firmico de Hippo moris fuit ita loqui, inventorem
 tesserarum meruisse sextuplex patibulum 1. Pro se, 2. Pro sodalibus
 3. Pro ludentibus 4. Pro spectatoribus 5. pro informatore, qui alios
 erudit. 6. & ultimum pro istis, qui statim à principio è Republica
 non sustulerunt. Vid. Garzon. Piazz. *Univers. Discurs.* 125, referente
 Franc. *Lustige Schaub.* P. 1. Sect. 4. p. 830. Locum hîc quoque

D

invenit



invenit fritillus Germ. der Trichter / qui, teste Lehm. d. c. n. 79. est vasculum quod Jäligneum oblongum turris instar, per quod tesserae ita voluntantur, ut incerto quasi jactu pecuniam vel aliud quid infra in tabulam positum tangant. Periculosum enim interdum foret, nonnullorum ludentium manibus talos committere: De quibus Poeta ille Bilbilensis lib 14 Egigr. 16. ingeniosè ita canit:

Querit compositos manus improba mittere talos

Si per me misit, nil nisi vota facit.

Reperiuntur alioquin plures alii ludi à cœcâ fortunâ pendentes, quorum hîc mentionem facere nec lubet nec licet, sed interrogentur illi, qui in hac palæstrâ neminem non antecedunt. Si ludos ad ingenii & corporis exercitationem factos considero, multò majorem usum secum adferunt, quàm modò prædicti, quod in iis arti & industriæ multum, fortunæ parum vel nihil relictum arbitrii sit. Hæc tamen requisita observari debent 1. Ut virtus adsit 2. ut omnis fraus removeatur 3. Ut tempore & loco fiant congruis. Horum in numero agmen quasi ducit Ludus Schachorum das Schachtspiel / de quo Sayrus in Thes. Cas. Consc. seu Clav. Reg. lib. 11. c. 12. ita gloriatur: *Ludus Schachorum communiter secum moderatam adfert recreationem, citra ulla pericula blasphemiarum, juramentorum, mendaciorum, doli & fraudis & consumptionis bonorum & hujusmodi, quæ in lusu alearum ut plurimum imminet: Ludus enim schachorum communiter neque scandalo est, neque juramentis neque bonorum temporalium notabili nocumento expositus.* Ejus vero initium, si Polyd. Virg credere liceat lib. 2 c. 13. de invent. rer. cœpit circiter Ann O. C. 3635. à sapientissimo quodam viro nomine Xerxe, qui cum Tyranno suam ob oculos sistere cuperet officium, idque palam non moliretur, tentavit ludi hujus nunquam satis laudandi auxilio. Hunc Schachorum ludum Jacobus, Potentissimus Britannorum Rex inter gubernacula sua omnino vetuit quod plus in eo atque in difficillimis rarissimisque studiorum generibus tempus consumendum sit ei, qui perfectam ejus notitiam acquirere conaretur. Idcirco prudenter de hac honesta ingeniosaque ludendi ratione monet Castilio in Curiali seu Aulico lib. 2. p. 130. *in eâ hoc unicum fugiendum esse, ne nimium in ea scire videamur. Quisquis enim, pergit, in illa reliquis præstare*

stare studet, tantum in eadem studii ac temporis necesse est imponere, quantum scientia cuiquam eximia sufficeret, & cum omnia curiosè cognoverit, ludere tantummodo didicit. In ea itaque id usu evenit, quod rarissimè perspicitur, nimirum mediocriter scire, melius esse quam valdè præstare. Vid. plur. super. in Etymol. illius. Hunc excipit ludus pilæ, quo frequenter maximæ famæ Viri delectati sunt. Traditur enim de Socrate, teste Valer. Max. lib. 8 c. 8. quod cum pueris se in hoc exercere non erubuerit. Idem de Tarentino, Alexandro Macedone aliisque commemoratur. Quin ipsi Veteres nobile hoc exercitii genus juvenibus non interdixerunt. Unde Mart. lib. 14. Epigr. 47.

Ite procul juvenes, mitis mihi convenit ætas

Folle decet pueros ludere, folle senes.

Nec nos Germanos hujusmodi ludus latet. Traduntur autem varix ejus species à Sprengero, Racket-Ball/Hand-Ball/Stecken-Ball/Kreis-Ball/Grubel-Ball/Luft-Ball mit einer hölzern Pritschen/Ballon so mit Bracial geschlagen wird / inter quas omnes prima species præminet, cujus in usum ædificia (Ballhäuser) exstruuntur, ex quibus non exiguum arario lucrum accedit. Conceditur etiam jure Saxonico das Bofeln / verùm hac conditione, ne quis ultra grossum in isto ludo perdat Coler. 1. Decis. 173. num. 6. Magnif. Dn. Bechman. in suo comment. ad ff. de aleat. Huc spectat die Bilsentaffel / ubi tantum vescendi causa & in commestationem luditur, quod non est prohibitum, Scot. tit. de aleat. p. m. 359. in fin. Tandem ad ultimam classem scilicet mixtorum, qui partim à fortunâ, partim verò ab arte proveniunt, me confero, quibus nonnulli accensent ludos equestres, qui aliàs torneamentorum nomine venire solent, atque hi hodiernum in aulis Principum admodum frequentantur, quando videlicet civium Nobilium instituitur exercitium. Sunt autem ars jaculatoria, certamina equestria & militaria, ad quæ tantum Nobilibus aditus patet. A nobis dicitur Turnieren / Ringrennen / de quibus inter alia Gryphiand. l. c. eleganter ita, 'habere ludum istum, ait, ortum suum ab Anea, qui auctor hujusmodi ludi primus fuerit, de quo Virg. l. 1. Aneid. indeque renovatos esse ab Henrico Aucupe in Germania. Hic oritur quæstio, An Princeps Romanus (intellige Impera-

corem pr. 7. proem.) Nobiles recens creatos, aut quatuor avis destitutos potestate frequentandi ludos equestres, jureq; se immiscendi condecorare valeat? Resp. Aff. tum quia Imperator tanquam omnium dignitatum fons & origo varii generis honores concedere, concessosque pro circumstantiarum varietate augere potest, tum, quia longe majores, atque hæc est, dignitates, puta Regales, Principales, &c. bene merentibus conferendi potestate pollet. E, ducto arg. à Maj ad Min. Dantur quoque præterea quædam certæ species in chartarum lusoriarum exercitio, quæ partim in casu partim in industria positæ sunt, & jure optimo huc referri possunt, uti apud nos est, das Picquet-Spiel & in alea das Berkehren / (quem ludum egregiè descripsit Carolus Leufenerus Misnensis) sed tantum de his.

CAPUT III.

Qui, quive minus ludere queat, proponens.

O Riginem ludorum alii Lydis vid. Herod. l. 5. Alex. ab Alex. lib. 3. Gen. dier. c. 21. & 25. Dionys. Helicarnass. lib. 2. Alii certis hominibus provincias circumire ac in Italia certare solitis, qui se Βαρολιασταις atque alio nomine λυθιασταις prædicarunt, vid. Scallig. lib. 1. Poet. c. 4. p. 17. & Becm. de orig. lat. ling. in vocab. Ludus p. m. 633. Alii denique ludum & in specie aleam vel Aseaticis populis vel Attalo Asiatico vel militi cuidam Trojano, Alea dicto, adscribunt: Sed nos hæc in medio reponimus, contenti admonuisse diversa diversis gentibus ludorum genera reperiri potuisse. Add. Polyd. Verg. lib. 2. de Invent. rer. cap. 13. Matth. Mart. Lexic. Philol. voc. Ludus. Causam efficientem verò constituunt personæ ludentes, quæ duplicis sunt considerationis. Quædam enim juris permisso ludere possunt, quædam verò non. Ludere possunt omnes, quæ consensum & liberum alienandi arbitrium habent. E contrario illæ personæ ludere nequeunt, quibus & consentiendi facultas, & administrandi alienandi que denegatur licentia. Quales sunt (1.) Infantes seu septennio minores, qui nec se naturaliter, nec alium sibi civiliter obligant, ne quidem cum Tutoris aucto-

auctoritate §. 9. *J. de inutili. stipul.* Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 6. th. 39.*
 Vinn. *ad d. §. 9.* Tutor tamen ex æquitate ipsorum nomine nego-
 cia celebrat. Assimulantur namque infantes furiosis, siquidem
 iudicio ac voluntate destituuntur §. 1. *J. Quib. non est perm. fac. test.*
 ac neque scire neque decernere possunt *L. 9. de acqu. hered. multo*
minus intelligunt, quod agunt, L. 6. Rem. pupilli vel adol. salv. fore.
 (2.) Furiosi, quippe qui omnis mentis expertes §. 8. *J. de inutil. stip.*
L. 40. ff. de R. J. nullum plane negocium gerere queunt *L. 1. §. 12.*
ff. de O. & A. L. 5. ff. de R. J. sed absentium juxta ac quiescentium *L.*
124. §. 1. ff. de R. I. L. 2. §. Furiosus ff. de Jure Codicill. L. ult. pr. ff. de
V. S. Item ignorantium L. 4. ff. de divor. imò & mortuorum lo-
co habentur L. 2. §. 3. ff. de donat. L. 12. in fin. C. de usufr. Bald. in L.
Humanitatis 9. in 8. col. C. de impub. & aliis substit. Hæc verò in iis
 valent furiosis, qui perpetuo furore agitantur, ac secundum
 Iocum in *L. Divus Marcus ff. de Offic. Pres.* continua mentis alie-
 natione omni intellectu carent, non in iis quoque, qui dilucida
 habent intervalla. Etenim hi, sicut omnia negocia tam publica
 quam privata tempore intermissionis rectè gerere, ut iudicium
 exercere *L. 12. §. 2. ff. de Judic. L. 39. pr. eod. testamentum facere*
§. 1. J. quib. non est perm. test. fac. L. 9. C. qui testam fac. poss. & in a-
lieno testamento testes esse possunt L. 20. §. 4. ff. eod. sic etiam lu-
 dere non prohibentur. Et quod dictum est de furiosis, attendatur
 similiter in mente captis, fatuis, aliisque, quibus mentis integri-
 tas abest, quia nullum harum personarum æque ac furiosorum
 animi iudicium est. (3.) Extremè ebrii, qui præ dolore capitis
 nec oculorum nec aurium officio fungi possunt, & rectè sic adsi-
 mulantur furiosis ebrii, qui rationis usu privati *arg. c. 14. X. de vit.*
& honest. Cler. c. 7. q. 1. XV. Magnif. Dn. Struv. *Exerc. 6. th. 37. fin.* ubi
 habet præjudicium. (4.) Pupilli *L. 17. §. 1. ff. de jurejur. L. 9. §. 2. ff. de*
auct. & conf. tut. vel cur. Hi enim in genere nullatenus se ipsos ob-
 ligare, aut aliquo modo dissolvere obligationem possunt *pr. J. de*
auct. tut. §. ult. J. Quib. alien. lic. vel non L. 43. ff. de O. & A. Nunc
 verò lusus tendit ad alienandum, pupilli autem omni potestate
 alienandi sunt destituti *d. §. ult. Quib. alieno lic. vel non. L. 2. §. Si à*
pupillo ff. Pro emt. (5.) Minores, quemadmodum enim & his omnis
 bonorum administratio per dationem Curatorum est adempta *L. 20.*

ff. de rit. nupt. L. ult. C. de admin. tut. Donell. ad L. Si ad excluden-
dum 4. C. de R. C. & jurejur. Welenb. parat. ff. de Auct. & conf. tut.
& Cur. n. 4. Sic etiam jus arbitrio suo ex conventionem sese obli-
gandi L. 21. L. 39. ff. de V. S. L. 3. C. de in integr. rest. min. 25. ann.
Francisc. Duar. in L. Puberes 101. ff. de V. S. Donell. lib. 12. comm.
c. 22. ver. quod si eadem: item alienandi est ademptum, d. L. 21. & 49.
ff. de V. S. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 47. th. 69. Ant. Perez in Pral. ad
C. tit. de in integ. rest. min. n. ult. (6.) Muti & surdi, nisi videlicet
mentem suam per signa vel literas manifestare, & alios, quid ve-
lint, sic satis intelligere, atque illos actus, qui celebrandi, per sen-
suum visus aut auditus signis, literis & verbis, secundum eorum
conditionem adhibitis, percipere possint. Add. Blas. Michalor. tr.
de cæcis surd. & mut. c. 41. Quandoquidem ejusmodi personæ pa-
cisci validè ac adoptare queunt L. 29. de adopt. L. 4. § 1. de pact.
L. 48. de O. & A. L. 65. § 3. ad Sctum Trebell. Magnif. Dn. Struv.
Exerc. 6. th. 36. quidni & cum amicis & aliis honestè ac licitè lude-
re? Et commemorat Camerarius in hor. succif. cent. 1. c. 37. fuisse
adolefcentem mutum & surdum, qui in omnibus ludorum gene-
ribus, quæ apud nos frequentantur, nec sine accurata ratiocina-
tione fieri possunt, singularem notitiam habuerit Dn. Lehm. d. tr.
c. 3. n. 10. (7.) Prodigii, qui vel ipsi à Pomponio in L. 40. ff. de R. I. fu-
riosis æquiparantur, non quidem absolutè & simpliciter, sed se-
cundum quid, nimirum quoad rerum seu bonorum alienationem.
Cum enim substantiam suam rationabiliter gubernare non pos-
sint, sed omninò peccent ἐν τῇ λύψει (quemadmodum avari
peccare dicuntur ἐν τῇ δόσει Cujac. ad L. Is cui bonis 6. ff. de V. O.
ex Aristot.) ac ita in fortunis suis furiosum quasi faciant exitum,
Ulp. in L. 12. §. ult. ff. de tut. & Cur. dat. ab his & tit. 12. J. §. 3. eve-
nit, ut ipsis à Magistratu & quidem auctoritate, potestate ac jussu
L. XII. tab. mediante causæ cognitione bonis interdicator, ac exem-
plo furiosorum Curatores ex inquisitione constituentur §. 3. J. de
Curat. L. 1. pr. L. 5. L. 15. ff. de Curat. furios. L. 6. ff. de O. & A. L. ult.
C. de Magist. conven. Alioquin quamvis post factam interdiction-
em nil quicquam transferre vel alienare, & ita nec ludere que-
ant L. 29. ff. de condit. inde, L. 10. pr. ff. de Curat. furios. acquirere
tamen suasque facultates sine ullo etiam Curatore amplificare
possunt

possunt *L. 6. ff. de V. O.* quâ in re differunt à furiosis, quippe quorum voluntas tam in acquirendo quam in alienando nulla est *L. 47. § 63 ff. de Acq. vel omitt. hered. L. 7. § 5. C. de Curat. furios. vel prod. junct. L. 40. ff. de R. J. ubi Gothofr. in not. (8.)* Denique de Jure Saxonico Mulieres, quippe quæ neque contrahendi neque distrahendi liberam habent facultatem *Sandr. lib. 1. art. 31. Dn. Carpz. in tr. de Jur. sœm singul. decad. 3. posit. 3. n. 1. & posit. 4. n. 2.* ac proinde absque maritorum & Curatorum Auctoritate & consensu, ludum exercere non possunt. vid. *Dn. Joh. Dan. Reut. in Diat. de obl. §. 10.* *Queritur num maritus se ludo possit reficere? R. Aff.* quia quivis licitè ludum valet inire, cui rerum suarum libera dispositio permessa est eum in modum, ut alterius consensu haud ægrè careat, si quidem id, quod in ludo collocatur, alienationem aliquam præ se fert. Quamobrem non injuria statuimus maritum posse ludere, quia & dominium & liberam administrationem habet, non tamen indistinctè hoc volumus, sed ut sui status rationem quoque observet divitiarumque, ne illas dilacerando & dissipando profundat, quæ sustentandæ familiæ conducunt: nam si hoc intendit, tunc agit contra Remp. non solum, verum etiam contra se ipsum, dum Reipubl. intersit bene nummatis cives habere, & quilibet Patrefam: curam suam domesticam eò debet dirigere, ut tueatur eam, non verò pessundet. *Queritur an Filius familias possit ludere R. Distingui.* aut ille habet peculium castrense vel quasi, quod tam quoad proprietatem quam usumfructum ipsi competit, nec Pater in eo quicquam juris habet *§. 1. J. per quas pers. cuiq. acq. & cujus ratione habetur pro Patrefam. L. 6. ff. de injust. rupt. irrit. L. 2. ff. ad Sct. Macedon.* & tunc ludendi facultatem illi concedimus, aut nihil proprii habet, & tunc lusum non permittimus, quoniam ut frequentius dictum est, per lusum alienantur res, quæ à filiofam. nequeunt, quia nullis instructus est, alienari. Nec prætereundum hic est, quod *Rittershusius lib. 8. lect. Sacrar. c. 5.* dicit filium à Patre exheredari posse, si conjunxerit se iis, qui Patrem molestia adfecerunt, quique tesseriis & alex. lusus dediti. Quin & Sacratissimus Imperator in sua *Nov. 115.* exheredationis causas expressit, quarum una est, si filius turpibus & infamibus se adsociaverit v. g. mimis & aleatoribus, talem namque filium non immeritò

ritò quis indignum sua successione autumat, nisi ipse similis sit conditionis, *L. 11. C. de inoff. testam.* mores quippe, quos in se probat, in liberis improbare nequit. Nil Judæus Judæo, nil Catilina Cethego. *Facit. L. 36. ff. de dolo.* Sed quæritur hîc, *an aliquis possit se defendere, quod videlicet ignoraverit collusorem fuisse filium fam.* Existimamus, quod non, quia quis debet esse non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit *L. 19. ff. de R. J. & nosse filium fam. non habere propriam pecuniam.* Paris de Put. *tr. de Ludo n. 3.* Et talismodi homo, qui scienter in ludo pecuniam à filiofam. quaerat Patris, vincit, committit furtum, eamque non lucratur *Ro. à Vall. Conf. 45. n. 3.* Et quidem hoc in casu in dubio lusor præsumitur scivisse pecuniam fuisse Patris, *Alciat. tr. de presunt. reg. 3. presunt. 29. n. 6. vers. Num quid in dubio.* Poena tamen ordinaria laquei locum non habet, sed saltem extraordinaria, cum lusor non fuerit in dolo sed saltem in culpa *Alciat. de presunt. 29. n. 6. sub fin. vers. non tamen posse procedi.* Joan Bajard ad Jul. Clar. *§. furtum n. 121. vers. non posse tamen.* Si vero non invito Patre luserit, à quo etiam pecuniam aliquam accepit, licitè ludit vid. *Layman; lib. 2. Theol. mor. tr. 4. c. 20. n. 5.* Porro quæritur *an filius imputet sibi in legitimam, quod luserit sibi ad azardum?* Bald. *in Auth. Ex test. C. de coll. dicit, quod sic, quia ludere est lata culpa, ideo tenetur sibi imputare, quod deserit possidere, Auth. quod locum. de collat. & vid. Bald. in L. 1. C. qui bonis ced. poss. dicenrem, quod ille, qui ludendo consumsit bona sua, non audiatur volens bonis cedere.* Par. de Put. *tr. de Lud. n. 55.* Insuper quæritur, *an frater ludens pecuniam quam ludo consecutus est, patre vivente teneatur conferre?* Et videtur quod sic: per Gl. *in L. Cum oportet C. de bon. que lib. verb. Ex ejus substantia.* Contrarium tamen est verius *in L. Quod servus ff. de acq. possess. ita tenuit Alex. in cons 77. 1. vol. circa primum de quo quæritur: It. Bald. in Auth. Ex testament. C. de coll. atque ex eo Par. de Put. tr. de ludo n. 55.* Nam illud quod quis ex turpi quæstu acquirit, conferre non tenetur nec communicare cum sociis, cum quibus contraxit societatem omnium bonorum etiam expressè *L. Quod autem ex furto. ff. pro Soc.* Quæritur ulterius, *an si plures fecerint societatem ad ludendum, & posuerint mille, & unus socius missus ad ludendum, amiserit dictam pecuniam cumulatam pro ludendo:*
Post-

Postmodum verò scripserit confociis absentibus, quod ipse renuncia-
ret societati, & quod vellet ludere pro se, luseritq; deinde pro se, an
teneatur confociis, quod vicit, communicare. Resp. Decisio est in l. Et
socius §. Si absenti ff. pro Soc. Conf. Par. de Put. tr. de ludo n. 65. Cæ-
terum quod attinet Monachos, servos & fures (rem totam brevi
ut absolvam) dico illos ad ludendi artem non admittendos esse,
quia nullus istorum dominium habet, ad capax autem artis lu-
soriæ subiectum omnino illud ipsum requiritur, cum per ludum
res nostra in alium alienetur, uti supra memoratum est. Conf.
Molin. de J. & J. tract. 2. Diss. 520. n. 1. & 2. & Morl. in emp. Jur. part.
1. tit. 7. Q. 2. f. 308. n. 7. Clericis quoque vix omnem ludum inter-
dicendum esse autumo, si cil. justas ejus circumstantias observent,
recreationemque, non verò lucrum intendant vid. Bald. in rubr. ff.
de Aleat. & in rubric. C. de condic. ob turp. caus. Capra in suis reg.
86. n. 40. Aëtius de infirm. p. 2. tit. 8. verb. alearum ludus. Præprimis
autem hac tempestate, qua vetustorum canonum rigori consue-
tudine derogatur nec censuram incurrunt, nisi publicè ac fre-
quenter cum offensa populi lusum exercuerint arg. c. 11. de Exc.
Præl. Gloss. in c. 1. Nec paratam mensam ludere volentibus habe-
re debent, nec ad ludum provocent Petr. Gregor. in S. J. V. lib. 39.
c. 3. n. 14. Desint enim rixæ, injuriæ blasphemix, atque è contrario
adsit modica quantitas ex illorum bonis, tunc tam Clericis quam
Laicis non vetitus putatur ludus L. f. C. h. t. Accurs. in Auth. in-
terdicimus in verb. ad Tabulas. C. de Episcop. & Cleric. Et Paris de
Puteo tr. de Ludo n. 12. ita, quod ludus, qui fit virtutis vel ingenii
ostendendi causa sit permissus non Laicis solum, sed etiam Cle-
ricis, dummodo non immisceantur fraudes vel non fiat volupta-
tis ergo. Neque adversatur L. f. C. de Episcop. Audient. Cyprian.
Episcopus Carthaginensis in suis operibus ideo Clericis sub rubr.
de aleator. alex ludum prohibet, dum absurdum sit, ut manus ad
sacrificium Dominicum admitta, quæ ad laudem Domini in oran-
do ex surgit, quæ signum crucis, per quod tuemur, frontibus im-
primit, quæ divina sacramenta consumit, iterum laqueis Diaboli
implicetur. Quæ sententia nec mihi contraria est, sed potius
opinionem meam corroborat, utpote qui sermonem habui de
ludo, non de alea, qui aleam Diaboli venabulum & delicti vul-
E nus

nus insanabile nuncupat. Et sic quodq; puto intelligendam esse *L. f. C. de Episc. Aud.* Nam licet Clericis sub poena suspensionis triennalis à ministerio sacro & detractionis in Monasterium per tantumdem tempus *Auth. Interdicimus C. de Episc. & Cler.* nec non deneganda omnis ad alios ordines promotionis *c. 11. X. de Excess. Prel.* universum aleæ genus aut ludus vetatur, illud tamen non ad permissum ludum seu oblectationem cum honestate conjunctam spectat, sed ad ludum reprobum, qui celebratur cum scandalo & intermissione muneris sui sustinendi. *Da Lehre d. t. c. 3. §. 3. Quæ Nobilis ad ludendum admittendus sit?* Resp. Nobili ob Nobilitatis splendorem ceu rem minus dignam ludum planè non denegamus, modo illum usurpet, ut à Superiore Sacratissimisque legibus ei præscriptum est, eaque curet, quæ jus virtusque desiderant observari. Alioqui si limites transgreditur, aleatoremque agit, omnino aliquid committit, quod Nobilitati suæ non parum adfert dedecoris *Wann sich ein Edelmann immer mit Würffel und Karten trägt / und andere zu Spielen antreißet.* Teneat namque prohibitum aleæ lusum per *L. 1. C. de Aleat. & al. us. L. 2. 3. §. 1. in præf. de aleat.* in tantum, ut nulla ullius hominis exceptio admittatur. Nomen imò & res ipsa contumeliosa sunt, dum Aleator Germanico nihil aliud sit quam ein Deyler / Spielbube ic Et ars aleatoria est ars mendaciorum, perjuriorum, furtorum, litium, injuriarum, homicidiorum Mater, verè malorum Dæmonum inventum, imò juxta *Heinr. Cornel. Agripp. c. 14.* est ars tota infamis & omnium gentium legibus interdicta. Quin & Cobilon Lacedæmonius pangendi fœderis causa Corinthum legatus missus, cum Duces ac Seniores Corinthiorum reperisset in aleâ ludentes, inlecto negotio reversus est, nolle se, inquit, Spartanorum celebritati hanc maculam adspargere, ut dicerentur cum Aleatoribus societatem junxisse. Quomodo igitur tam fœda adpellatio, tamque turpis significatio cum Nobilitate, virtutum propugnatrice convenire poterit? quo enim quis Nobilior, eò sit virtutibus ornatior. Et quoniam nihil virtutis alea in se continet, omnino Nobilis & Generosus ab ea abhorreat. Aleam verò nuncupo, uti constat ex præcedentibus, omnem ludum, qui legem æquitatisque normam transcendit. vid. plur. apud *Joh. Georg. Hanau.*

Hanau. in suo tr. de Nobilitate Q. 72. qui hunc lusum mirum in modum in Gallia invaluisse, in simulque ibi Tacitum de Germ. mor. p. 290. citat. aleam, inquit, sobrii inter seria exercent Germani tanta lucrandi perdendique temeritate, ut cum omnia perdididerint, extremo ac novissimo jactu de libertate & de corpore contendant, die alten Deutschen sollen also auf das Spielen so erpicht gewesen seyn/das wenn sie alles verspielen endlich die Freyheit daran gesetzt. Et hæc de veteribus nostris Germanis quid de nostratibus modernis? Ego huc non adjiciam, experientia, optima rerum Magistra, ipsa pro me verba fundat. Pro arcano politico Thomas Campanella in suis nefariis cons. c. 17. p. m. 73. inducit ad ludendum Legatos hoc modo, invitandi sunt, ait, Ambassadors (Legati) ne animum dent rebus publicis, subditi, namque ludant armis atque artibus, Extranei verò taxillis. Illustre Exemplum de Alexandro Primo Florentinorum Duce reperitur apud Joh. Bapt. Cinum lib. 1. de vita Cosmi, qui cum ludis insignique sua familiaritate cunctos in amorem sui traxisset, non flagrantissimum modo sui mortuus reliquit desiderium, sed eorundem animis à reducenda libertate abductis gutum filio reliquit principatum. Hodie & id in viridi observantia esse dicitur, ut qui Patronum querat, ludendo eum capiat, ita ut nunquam vincat, semper tamen pecuniam consumat, quæ pecunia amissa novo Patrono vice donationis cedat. vid. Dn. Lehm. d. tr. c. 3. §. 14. Est quoque Ludus, ut ait Paris de Put. tr. de Lud. n. 11. & 12. maximè prohibitus Scholaribus & Dd. Barto. in proem. ff. §. Illud, quem sequitur Bald. ibid. Et dicit Alber. in Auth. interdiciamus. de Episcop. & Cler. quod Ludus Schachorum sit pestilens Scholaribus, quare inebriantur in ludo, & tempus, quo nihil carius perdunt c. in civitate. de usuris. licet aliàs sit permissus, ut supra patuit. Et dicit Andre. de Iser in Constit. regn. mores dissolv. quod Dd. Ludentes ad taxillos sint infames, quæ constitutio maxime fuit condita propter Advocatos & Doctores, qui propterea à suis officiis removentur, nam turpis vita agitur propter ludum secundum Hosti: in d. t. de Excess. Pral. quare de doctis efficiuntur indocti. Et dicit Richard. de mediavilla in 4. sen. d. 14. quod ludus Schachorum non sit permissus tempore poenitentiae, qui latius quam aliquis tractavit ibi materiam ludi, & de jure consti:

regni lufores publici taxillorum tabernarum frequentiores, & qui ultra proprias facultates largiorem, quam debeant, vitam ducunt ad opus publicum deputantur ad tempus, ut *in tit. de inquisitione faciend. in constit.* hi qui per inquisitiones. Sed quando & illi ipsi observanda in ludo observant, non injuria ei se immiscere queunt. Quæritur ultimo *an etiam literati die Gelehrten ludere possint?* in castra negantium transcendit Joh. Concennat. *var. quest. lib. 4. c. 6.* & quidem ex hac ratione, quia finis ludi semper debet esse delectatio & recreatio, quæ apud viros literatos ex honestis colloquiis amicorum certior & honestior potest promanare. Inde etiam Seneca *Epist. 86.* pro argumento adducunt, qui asserit, otium sine literis mortem esse, vivique hominis sepulturam. Sed ego accedo sententiæ Philosophi *4. Ethic.* Existente autem requiæ & in vita & in hac conversatione, quæ est cum ludo, oportet, quod circa hoc sit quædam collocutio consona & quidem coniectus ut homo dicat & faciat, qualia ad jucunditatem oportet facere ac dicere. Et Albert. *in comment.* omni studioso ludus necessarius est, ne sibi mens efficiatur inutilis. Si enim semper intendit studio animumque vehementer adplicat ad aliquid dicendum vel faciendum, pro certo Spiritus resolvitur, & resolutio Spiritu, & motus animales & membrorum actus destituuntur. Et destitutis membris etiam virtutis studium annihilatur. Et sic recte literatis ludendi facultas conceditur, modo observent ea, quæ observari *in c. 1.* & alibi ex jure fuerunt tradita, & recte posui ludum non lucri sed recreationis causa compositum esse debere, quæ recreatione & viri docti omnino frui possunt. D. Lehmann. *cap. 3. §. 15.*

CAPUT IV.

D E

Quo, quomodo, & cur ludendum sit.

Circa ludendi materiam occurrunt duo, quæ accuratam enodationem desiderant. Alterum est objectum, de quo ludum instituimus, pecunia videlicet, alterum verò pecuniæ summa, quæ in ludum deducitur. Objectum, de quo fit ludus, inveniatur in nostro Patrimonio, simulque sit in statu possibilium. Sunt autem
res

res naturaliter vel moraliter possibiles. Naturaliter quæ fieri possunt, impossibilium quippe nulla est obligatio *L. 185. de R. J.* Moraliter ut sint honestæ, nam si res erit illicita, etiam ludus ipse erit illicitus. In Jure triplex est pecuniæ significatio, lata, stricta, strictissima. (1.) Latè illa denotat omne id, quod quis habet in Patrimonio *L. 5. L. 178 pr. L. 122. de V. S.* Hinc in Glossis dives vocatur pecuniosus, *ποληχρηματ* & c. Idque inde, quia vetustissima possessio, pecora, ut notat Columella, additque apud multas gentes unum hoc usurpari divitiarum genus. Quod firmatur dicto Augustini *c. 2. de bon. discipl. Totum, inquit, quicquid homines possident in terra, omnia, quorum Domini sunt, pecunia vocatur, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant, c. totum. i. q. 3.* Pecunia à pecude ad pellata est. Pecudum imagine veteres numismata signabant, unde natum proverbium *βῆξ τῆν γλῶττιν*, bos in lingua, quod de iis usurpatur, qui pecuniâ corrupti non audent loqui libere *Erasm. Chit. i. cent. 7. Ad. 8. Budæ. in l. 1. ff. de contr. emt.* (2.) Strictè significat res, quæ constant pondere numero & mensura, ut sunt oleum, frumentum, pecunia numerata, *L. 30. pr. ff. de legat. 1. L. 2. § 3. ff. de R. C. L. 1. § ult. Mandati. L. 1. § 9. Depositi.* Quæ res veniunt adpellatione quantitatis. Quamvis enim *ἐξ ὀχλῶν* signata pecunia sæpe vocetur quantitas *L. 8. §. ult. ff. de Transact. sola tamen in quantitate non consistit L. 8. C. de locat. L. 19. pr. ff. de aur. vel argent. leg. L. 1. §. 7. ff. ad L. Falcid. L. 78. pr. de legat. 2. Hortens. epit. D. de R. C. n. 12. Vul. ej. Discept. Schol. c. 10. Borcholt. de mutuo c. 1. n. 21. Giphani. in L. 21. C. de Locat.* (3) Strictissime notat pecuniâ numeratam *L. 88 ff. de V. S. L. 5. §. 2. de P. V. L. 1. ff. ad Sct. Maced. L. Si vero 64. §. f. ff. solut. matr. vid. W. ff. ad l. 5. ff. de V. S.* Ad meam hoc loco sententiam arripio primam significationem, quæ etiam erit idonea atque congrua, dum aliquando non tantum pro pecunia strictius sic usurpata ludimus, sed pro aliis quoque rebus, ut quando præmium ad cursus equorum proponitur puta vestis vel pallium, *Paris de Puteo in suo tr. de lud. n. 6.* Neque verò hic abs re mihi videtur esse mutuari verba prædicti Sayri *in Thes. Cas. Consc. seu Clav. Reg. lib. 11. c. 12.* Sicut alias animi recreationes moderato pretio pro cujusque statu procurare licet, ut venationem, piscationem & similia, ita nonnunquam licet, imò & virtus esse

potest pro pecunia ludere. Et quemadmodum in cibos honestos, quibus refocillatur corpus, sumtus erogare licet, sic cum & lusibus quoque animus vegetetur & corpus, non est, cur & in illis aliquid quandoque expendere non liceat. Verum quæritur non incongruè, *an quis salva conscientia aliquid ad ludum exponere, lucrari vel perdere possit?* Certè jure civili *L. Alearum* nemo ad solvendum id, quod ludo amittit, obligatur. Ego ludam, qui non nisi ad honestam recreationem tendit, licitum censeo, quid in foro conscientia queri dam teneri autumo, ut id persolvat, quod ludo perdidit. siquidem ludus sit legitima sponsio sive contractus societatis. Immo taverò lex naturæ est: Omnis legitimus contractus est servandus. Sed lex civilis adversus Aleatores constituta secundam *Jurineicæ* benignam in partem accipienda est, si id, quod amittitur in notabile ludentis vergat detrimentum *Conf. Diss. de Consc. var. ej. cas. sub Pres. M. Joachim. Hildebr. habit: it. Joh. Conr. Dürrius Compend. Theol. mor. p. m. 233.* Quando autem pro pecunia ludimus, summa Jure civili non debet excedere solidum *L. Alearum lusus C. h. t. Damh. Prax. Crim. Rev. p. 1. C. 126. n. 16.* Angel. *de Malef. in verb. Meditor. de mali dati. n. 2.* Par. de Puteo. *tr. d. lud. n. 14.* Jul. Clar. *Recept. Sent. lib. 5. § Ludus n. 2.* ubi pergit: Benè verum est, quod in hoc videtur derogatum à consuetudine dispositioni dictæ Legis, ut nonnulli attestantur, quos refert Angel. ab Ange. *de malef. in loc. prealleg. post n. 4.* Jure autem Saxonico minus licet in ludo perdere, ut liquet ex *Ord. Polit. de Anno 1612.* Von Spiel: Daß keiner von Adel auf einmahl über 1. Rthlr. ein vornehmer Mann so bürgerliches Standes ist über 12. gr. und ein Handwerks-Mann über 4 gr. ein Bauer aber über 1. gr. verspielt. Si in majore quantitate lusum est, tunc ludus videtur potius factus avaritiæ quam delectationis gratia. Quam variè vox *solidus* accipiatur quidque per eam hic denotetur, *conf. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. D. 12. Magnif. Dn. Bechm. in comm. ad ff. p. 2. Ex. 6. obs. pr. n. 16.* Dn. Lehm. *d. t. c. 4 § 5.* Paucis quoque nunc agam de modo sive forma, utpote quæ essentiam rei dare dicitur *L. 9. § 3. ff. ad exhib.* At formam ludi colloco in ludendi ratione, quam diversitas ludendi variat. Alia enim forma in ludos vix cadit, cum illi in accidentium numerum referantur. Nemini namque non inculcat Philosophia omnium rerum Magistra, accidentibus non compe-

tere

tere formas proprie sic dictas, sed esse ipsis formas accidentales. Interim tamen illis formam assigno in requisitis in illis accurate attendendis. Determinatur illa ratio (præter alia, quæ ad iustitiam ludorum intrinsecam supra cap. i. præ supposuimus, ut & honestas servetur, & verecundia castis moribus perseveret arg. *L. Un. C. de Majuma.*) potissimum modo, tempore, loco aliisque circumstantiis. Modus adhibendus est in ludo certus juxta illud Horatii:

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citrag, nequit consistere rectum.*

Unicuique pro fortunæ favore suum tribuatur, nec in eo adhibeatur fraus & dolus, nemo invitus ad ludendum trahatur, sive per apertam violentiam, sive per ejusmodi preces & verba, quæ alioquin suffundunt ruborem, nisi quis ludat, sed cuilibet pro lubitu liceat ludere, non ludo immisceantur blasphemix, & maledictiones aliaque hujusmodi, quorum ludus solet esse ut plurimum causa. Bene enim Cicero *l. c.* monet, *ludendi est modus retinendus, ut ne nimis omnia profundamus, elatig, voluptate in aliquam turpitudinem dilabamur.* Porro ratione temporis non omni tempore ludo indulgere concessum est, sed potius ubi à laboribus non stat datur respiratio. Et ut olim certi & statim erant dies, ita à nobis adhuc hodie id observandum, & ludos præstat profanis quam sacris exercere diebus, ne inter concionandum, dum alii verbum DEI audiunt, ludicris rebus operemur. Et si forte an aliquod ludi exercitium permittitur die Dominica, fiet finitissimis sacris, uti apud nos ars Sagittaria, Sclopetaria, das Schiessen nach der Scheiben oder Zeichen. Loci quoque ratio hic habenda est, ille autem sit potius privatus quam publicus, potius profanus quam sacer & religiosus. Nec in hoc consentio cum sæpè citato Sayro, qui etiam in templis & sacris locis ludos permittit quietos, nimirum si quis luderet ex causa rationabili, ad Schachos puta, si aliqua necessitate infirmum ibi ludere oporteret, ne alioquin dormiret, aut si tempore belli aliqui in templo inclusi essent, & sani indigerent excussione otii per aliquem honestum & quietum ludum, tunc, inquit, nullum omninò esset peccatum. Sed quæ Deus semel sibi sacravit, homo ne prophanet, imò tunc temporis magis orandum quam ludendum.

dum. Si verò sunt, qui in tali loco prohibito luserint, tunc Judicem admitto Magistratum ordinarium tanquam utriusque Decalogi custodem. Carolus M. hæcce literas, quod obiter, incisas habuit in suo gladio, D. P. C. A. D. C. h. e. Decem Præceptorum custos à Deo constitutus. D. Fink. *cent. 3. can. Theolog. 68. p. 108.* Tandem ludis non immisceant obscena, vel irreligiosa, cujusmodi videmus celebrasse Israelitas in deserto *Exod. 32.* Finis est partim animi recreatio honesta: Veritati enim maxime consentaneum est illud Poetæ.

Quod caret alternâ requie dumbile non est

Ac propterea pereleganter de exercitio & recreatione ludi differit sæpè laudatus Sayrus *l. c.* Eutrapeliæ finis sit honesta hominis recreatio. Ratio hujus est, quia cum homo ex anima & corpore constet, sicut homo quoad corpus indiget corporali quiete, quia continuo laborare non potest, eò, quod virtutem finitam habet, quæ determinatis laboribus proportionatur: Partim lucrum: Sicut enim lucrum in aliis commutationibus & contractibus est permissum, ita etiam in ludo delectationi superadditum non est malum. Omni enim pugnantis præmium cum victoria conjunctum solet esse dulce. Languet enim animus, si nihil inde speret. Absint verò fraus & dolus à ludo, ex quibus alioquin iura justitiæ læduntur. vid. Excell. Dn. Köhrensæ *Disp. de moral. lud. §. 6. seq.*

CAP. V.

DE

Contractibus aliisque in ludo factis agit.

Frequenter ludens bona sua dilapidare præsumitur Bart. *ad §. illud vers. 9. in precem.* non iniuste aleatoribus administratione bonorum interdici poterit: inter est enim Reipubl. ne quis re sua male utatur §. *fin. 7. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Hinc contractus in ludo prohibito factus vel occasione ludi non valet text. *in L. quibus. in fine ff. ale. & lusu & aleat. & in L. fin. in verb. instrumenta. C. de relig. & sumt. funerum.* Alberic. *in rubr. ff. eod. n. 3. in fin. vers. & quando contractus.* Odofred. *in L. 1. n. 3. vers. verius est ff. eod.*
Baldus.

Baldus in d. L. fin. l. vers. Nota de instrumentis que fiunt in ludo
ibiq; Salycetus n. 1. vers. nota quod instrumenta obligatoria. Azo in
summa C. de Relig. n. 26. in fin. vers. alias autem. Paris de Puteo in tr.
de Ludo n. 15. & n. 21. Et ideo invalida est venditio facta per luso-
rem collusori, licet secus si sit facta tertiae personae Bart. in L. Si
quis cum sciret in fin. n. 7. & ibi etiam Imol. pariter in fin. n. 9. ff. Pro
emitore, Paris de Puteo d. l. n. 34 in 5. & 6. casu. Ang. de Malef. in
verb. Metidor de malidati n. 12. Amad. de synd. n. 94. Jodoc. in Prax.
Crim. c. 126. n. 7. At quid si in ludo facta est sola promissio de vendendo,
an subsequuta venditio extra ludum & ex intervallo valeat? Ponit Pa-
ris de Puteo in tr. de lud. n. 22. & Caccial. in eod. tr. de ludo n. 35. v.
Nonus casus est. Nec vendens in ludo tenetur emtori de evic-
tione L. 2. §. 1. ff. quar. rer. act. non detur. Gloss. in c. Clerici il. 2. in verbo
ad aleas in fin. X. de Episc. & Cleric. & in c. Episcopus in 1. Gloss. etiam
in fin. 35. distinctione. Bar. in L. Si quis cum sciret in fin. ff. pro emtore
& ibi Imol. n. 9. Hostien. in d. c. Clerici n. 8. vers. Et si quis ad aleam
sedens, & ibi quoque Anton. de Butr. n. 15. Marian. in cap. interdi-
lectos n. 7. X. de Excessib. Pralator. Summa Sylvestrin. in verb. Ludus
n. 9. versiculo, quinto quia. An autem vendens, si non tenetur de evi-
ctione, teneatur saltem ad restitutionem pretii vid. Par. de Put. in tr.
de ludo n. 24. & Caccialup. in eod. tr. de ludo n. 37. August. ad Ang.
de malef. in verb. Metidor de mali dati n. 14. vers. & pondera. In lu-
do autem permissio vendens tenetur de evic-
tione secundum Au-
gustin. in addit. ad Ang. de malef. in d. verb. Metidor. de mali dati
post n. 24. in principio additionis, juncto vers. adde tamen: ubi am-
pliat, etiam quod vendatur res magni pretii, praesupposita consue-
tudine, & illius validitate, quod in ludo permissio etiam possit ludi
magna quantitas. Praeterea si quis mutuatus est ludenti pecuniam,
ex mutuo vix poterit agere Gloss. in L. Quod si minor §. pen. de mi-
nor. & in L. Si quis cum sciret ff. Pro Emtore. Tusch. Pract. Concl. tom. 5.
Concl. 456. n. 4. Salicet, in L. ult. n. 6. C. de Relig. & sumt. fun. Fran-
cisc. Pfeil. Conf. 28. n. 6. Danhaud. in Pr. Cr. c. 126. n. 11. Farinac. in
Prax. Crim. p. 6. Q. 109. n. 2. 6. Fr. Viv. comm. opin. 470. incip. ludenti-
bus n. 4. Coler. Decis. 173. n. 9. (ubi sic Scabios Lipsienses & Je-
nenses pronunciaffe testatur,) quod sua mutuacione alteri criminis
occasionem dederit, Gloss. est ordinaria in dict. L. 1. in pr. & in L.
F
fin.

fin. in Gloſſa ſuper verba *accepit pecuniam ff. de aleat. lufusque prodigalitatſ instrumentum ac vitium deteſtandum cenſeatur, aſſerente Patricio lib. 3. de Regn. tit. 40. Hinc & videmus, quare in Chirographis hæc clauſula inſeratur: Ich bekenne/ daß mir Titius 200. Thaler bahr vorgeliehen/ welches Geld ich dann auch zu treuen Händen empfangen und in meinen Nutzen angewendet / ne ſcilicet videatur ad luſum vel aliam prodigalitatem debitori datum mutuum, quod non repetitur, ſi mutuo dans fuerit colluſor aut mutuum accipiens prodigus, quamvis instrumentum executivum deſuper confectum fuerit vid. Cöler. P. 1. c. 10. n. 21. in Proceſſ. executiv. p. m. 274. Sed Jul Clar. lib. 5. ſentent. §. Ludus n. 8. tenet, quod pecunia in ludo mutuo data de conſuetudine repetatur iſtamque conſuetudinem valere ibi adfirmat, allegando Didacum Auguſt. in addit. ad Ang. in diver. num. 15. Cui quoque adſtipulatur Andr. Rauchb. q. 25. incip. Ludi vel ſunt n. 43. p. 2. D. Bocerus ad pr. 7. quib. mod. re contr. obl. n. 106. D. Beſold. tr. de mutuo c. 22. Et in Comm. ad Ord. Polit. incluti Ducatus Württembergici tit. von Spielen und Wetten n. 6. p. 387. nec non Illuſtris Tuſch Concl. Pract. tom. 5. Concl. 456. n. 5. Imò mutuantes præter negationem extraordinariè etiam puniendos voluerunt Damhauſ. in Prax. Cr. c. 126. n. 12. & ſeq. Paris de Puteo tr. de lud. n. 15. & 17. Caccial. in tr. de Lud. art. 6. n. 1. Ang. in tr. de malef. in verb. metidore de mali dati n. 15. Parladorius lib. 2. rer. quotidian. c. 7. n. 14. Frid. Tilemannus Diſp. ff. 19. part. 1. th. 19. Förſter Junior Lib. 4. Diſp. 5. th. 3. ad tit. 6. Et ita reſpondiſſe Jctos Lipſienſes 19. Julii A. C. 1620. refert Berlich. Decif. aur. lib. 1. Decif. 67. n. 12. Carpz. Pr. Crim. quaſt. 134. & Lib. 6. Reſponſ. Eleſt. 96. n. 8. & ſeq. Audivimus igitur pluribus, quod mutuo dans pecuniam ludenti, eam repetere nequeat, quod hîc ampliatur. (1.) Etiamſi colluſor pecuniam illam in luſu non perdiderit Math. Berlich. P. 1. Decif. 66. n. 2. (2.) Etiamſi mutuatum cauſa ludi, poſtea ad cauſas utiles neceſſariasque expendatur: modo cauſa ludi fuerit expreſſa addit. lat. ad verb. Ludo art. 6. lib. 1. (Sandrecht) quia expreſſa nocent L. 27. §. 3. ff. de pactis. (3) Ut nec valeat mutuum factum luſori, & mutuanti denegatur actio pro illius repetitione, quando is qui mutuatus eſt, erat ille, qui domi ludum tenebat, quem, ut aliàs dixi, jura aut aleatorem aut ſuſceptorem nuncupant. Odoſr.*

in L. 1. in pr. n. 3. in fin. vers. sed denuo. Ubi ampliat, sive is qui accepit mutuam pecuniam amittat, sive etiam vincat, & in L. fin. §. Si servus in verb. pecuniam ff. d. aleat. Salyc. in L. f. n. 6. in fin. C. de Rel. & sumt. fun. & ibi in addit. lit. d. vers. item nisi sic aleator. Marian. in c. inter dilectos n. 67. de Excessibus Prælat. Paris de Puteo in tr. de ludo n. 15. vers. idem si mutuans fuit ille. Capra Conclus. 86. n. 67. & 71. Ang. de malef. in verb. Metidor de mali dati n. 14. & ibi August. in addit. n. 15. vers. secundus nisi. Amad. de syndic. n. 94. vers. item si ludentes. Jodoc. in Pract. Crim. c. 126. post n. 11. (4.) Ut nec valeat mutuum factum lusori à collusore Gloss. in L. 1. §. quod autem, in verbo simpliciter ff. de aleat. Imol. in L. Si quis cum sciret n. 3. vers. fallit secundo ff. pro emtore, & in c. Clerici il. 2. post n. 16. eod. vers. fallit secundo, de vit. & honest. Cleric. Marian. in d. c. inter dilectos post n. 67. in secunda fall. de Excess. Prælat. Farin. in Prax. Crim. Part. 6. Q. 109. n. 216. aliique ab eo ibidem allegati (5.) Ut multo minus valeat mutuum factum minori, ut ludat. Imol. in L. Si quis cum sciret num. 3. vers. fallit tertio ff. Pro Emtore. Caccial. tr. de ludo n. 33. vers. Tertius casus. Steph. Costa in eod. tr. de ludo art. 6. n. 1. in 3. fallent. August. ad Arig. de malefic. in verb. Metidor de mali dati n. 15. vers. Tertius si mutuatur minori. (6.) Ut multo magis prohibitum & invalidum sit mutuum factum lusori cum usurâ, text. in c. inter dilectos & ibi Gloss. in verb. usura de Excess. Prælat. & ibi Card. Zarabell. ante num. 2. ubi ex illo textu not. usurarium dici, qui mutuatur in ludo pro lucro. Hostien: in summa de Excess. Prælat. n. 4. §. Clericus autem in pr. Paris de Puteo in tr. de ludo n. 17. vers. sed si alius & d. n. 17. in fin. ubi idem in mutuante in ludo causa percipiendi aliquod lucrum seu commodum Caccial. d. tr. d. ludo n. 74. Sed limitatur hætenus posita regula (1.) Quando mutuans non fuit collusor, neque etiam scivit mutuatarium lusorem esse, nam tunc habebit repetitionem & executionem Imol. arg. L. 12. §. 11. mandati. vid. Constitut. ultimam inter non editas sub rubrica. Ob das Geld so jemand zum Spiel geliehen kan wiedergefordert werden? In dieser Quæstion decidiren die Rechtsgelehrten/wann einer der nicht spielet jemand Geld zum Spielen leihet/derselbe kan es wieder fordern / da aber von dem/welcher mit spielet/ geliehen wird/ so soll es der ander wiederzugeben nicht schuldig seyn. Ut plenissime tra-

dit Francisc Curt. in 163 opin cum seq. & per Bon. Capiam. in 174
comm. opin. in verb. aleat. fol. 107. Si verò spectatorem præbuit,
etiãsi non colluserit; puniendus erit æque ac Principalis.
Jure namque prohibitum est hujusmodi aleis aut aleatorum
inspectione tempus suum consumere, fortean ob id quod ex tali
avida & usitata inspectione plerumque ipsi amatores evadant.
Et quilibet bonus etiã efficitur vitiosus ex mala conversatione
L. 25. §. 6. ff. de Ædil. Edict. Proverb. c. 13. v. 20. & c. 22. v. 24. 25. & Psalmi
18. v. 26. 27. & 28. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 106. n. 6. quam fen-
tentiam eleganti præjudicio confirmat Dn. Brunni. ad L. 8 ff. pro
emt. n. 3. (2.) Si postea ex intervallo in ludo mutuo receptum mu-
tuatarius promittat solvere, tenetur ad ejus solutionem, quia sub-
lata est prima causa turpitudinis, unde valet promissio L. pen. ff. de
condict. ob turp. caus. L. 2 C. Quod metus causa (3.) Si juraverit se so-
lutorum, tenebitur juramentum implere, cum non sit super re il-
licita, ut nihil mali involvat solutio, nisi per eam damnum aliquod
familia patiatur c. 24. X. de Jur. jur. Conf. Covarr. ad c. peccatum
p. 2. §. 4. n. 8 Guthier. de juram. p. 1. c. 53. n. 6. & 7. Molin. de J. & J.
Disp. 53 & seqq. (4.) Si pecunia personæ alicujus absentis fuerit,
competit condictio arg. L. 13. in pr. ff. de R. C. nē quis ex alterius
re locupletetur ut L. 23. in fin. ff. de R. C. aut si pecuniæ Dominus non
colluserit, meam enim pecuniam, quæ ad te ex facto tertii perve-
nit, reddi mihi æquum est L. 32. ff. de R. C. vid. Coler. Decis. 73. n. 10.
Porro & expressis notat verbis Carpz. Prax. Cr. P. 3. Q. 134. num. 26.
nullam fidējussionem in ludis admitti, insimulque notabili & ele-
ganti confirmat præjudicio, quod ibi legatur: Cautio enim data
super aleæ lusu est irrita & condici potest l. 1. C. de Aleat. vid. hinc
Caccial. in tr. de lud. n. 35. vers. undecimus casus est, post Bald. in loco
per eum relato, & ante eum Paris de Puteo in eod. tr. de ludo n. 25.
Transactio quoque in ludo non valet, cum fundamentum ejus
bonis moribus sit inimicum atque ejusmodi de quo lis nulla esse
potest in judicio & actor per exceptionem: Tibi non competit actio,
semper repelli potest Stephani Costa in tr. de ludo art. 5. n. 1.
Lancelot in tr. de offic. Prator. in cau. Crim. tit. de Lusoribus num. 3.
Jul. Clarus in sæpè cit. §. Ludus num. 9. qui plures Auctores in hanc
rem legere cupit, adeat Farin. in prax. Crim. P. 6. Q. 109. n. 212. Ita
quoque

quoque Mense Maio Anno 1595. pronunciatum fuisse meminere
Petr. Heigius P. 2. Q. 10. n. 46. An instrumenta facta in ludo valeant
vid. Baft. in L. Si quis: Pro emtore & in Authent. Alearum Usus. In-
nocen. in c. quia plerique de immuni Eccles. Bald. in rubr. de condict.
ob turp. causam, & AzO in summa de Relig. restringit illum text. in
Authent. Alear. lusus inter collusores, non in tertio, qui mutuatur
uni ex collusoribus, vel quando is, qui credebat, faciebat causa
commodi ex lucro percipiendi. Dissertit Paris de Puteo cit. loc.
n. 22. de hisce instrumentis eleganter ita: Si Ludens obligavit se
collusori per instrumenta ad id, quod perdidit promittens, non tenetur,
nec competit actio & obligatio etiam non tenet; id propter instru-
menta facta ludi causa non sortiuntur effectum, quare si solutum, pot-
est repeti Auth. alearum. Sed an id, quod in ludo vincitur, possit usi-
capi, vid. Gloss. in L. pen. §. f. ff. quarum rerum. & in L. Si quis cum
sciret. ff. per emtore. Ulterius hic obiter quaeritur, an valeat pa-
ctum inter ludentes factum, quod non liceat à ludo discedere, donec
unus alterum vicerit centies vel millies, seu donec alter perdidit cer-
tam summam. Negat hoc Guil. in L. 7. §. 7. ff. de Pactis, quem se-
quitur ibi Bald. & Ang. ubi de pactis ludentium remittit ad L. 8. ff.
pro emt. ubi Ja. de arc. & Bar. it. Florian. in L. 2. ff. de aleat. in pr.
Par de Put. tr. de lud. n. 38. in fin. Vivius opin. 468. n. 16. Neque vero
minus obligatio, quâ quis se solutum debitum occasione aleæ
& chartarum contractum promisit, ut in terminis iudicatum
est apud Heig. Q. 10. lib. 2. n. 43. invalida est, cum aleæ lusus non
sit ex permissis de jure, sed omninò interdictus. Lancelot. de Offic.
Prat. in causa crim. tit. de lusor. n. 15. Nam licet ingenli sit lusus, ta-
men fortuna etiam ibidem dominatur plurimum: cui fortunas
committere iisdemque abuti leges prohibent. Atque adeo lu-
dere extra casus permittos non licet, ut neque sponsiones ex causa
ludi factæ inter ludentes vel spectatores valeant, neque exigi
quicquam ex cautionibus & obligationibus, ex ea causa
factis, possit, Benvenu Stracha tr. de sponson. par. 4.
§. Queritur. cum. §. seq.

Restitutione ac repetitione ejus, quod in ludo amissum est.

Regula sit in proposito VI. capite, *Quod victo detur à vincente repetitio amissæ pecuniæ.* Gloss. in *L. fin. in ult. Gloss. vers. patet ergo ex prædictis ff. de Aleat.*, Julius Clarus *lib. 5. sentent. §. Ludus n. 7.* Andr. Rauchbar. *P. 2. Q. 25. n. 37.* Petr. Gregor. in *Synt. Jur. lib. 39. c. 3. n. 13.* Carpz. *Pr. Cr. p. 3. Q. 134. num. 23.* Joan. Sichard. in *rubr. C. eod. n. 8. in fine vers. unde datur.* Imò in *L. 8. n. 4. vers. an autem il. 1. & n. 6. vers. interdum autem ff. pro emt.* Ubi quod hoc est clarum de jure civili Hostiens. in *d. c. Clerici n. 8. & ibi etiam Ant. de Butr. n. 14. Anch. n. 10. Imol. n. 12. in pr. & d. n. 12. ante fin. vers. interdum autem neuter attraxit Card. Zab. n. 11. in pr.* Ampliatur 1. hæc regula, ut non victo solum detur repetitio amissæ pecuniæ, sed si vincens in ludo victam pecuniam non habuerit, ad illam accipiendam actione non polleat, *L. f. verb. nulla sequatur condemnatio C. de relig. & sumt. fun. Alber. in L. 1. §. 1. n. 2. ff. de aleat.* Odofred. in *d. L. 1. in pr. post n. 3. vers. verius est ff. eod. Sal. in d. L. f. n. 2. vers. nota quod de perduto in ludo. Pract. Conrad. tit. de lusor. n. 6. in fin. & post n. 9. Viv. opin. 470. n. 2. Joh. de Bonif. in tr. de furt. §. Ex. n. 88.* Ampliatur 2. quia quando filiusfam. aut servus amisit in ludo si ve prohibito si ve etiam permissio, eo magis datur Parentibus ac Patronis repetitio adversus victores *L. f. §. Si servus ff. de aleat. L. f. §. commodis igitur, ibi vel Patribus C. de relig. & sumt. fun. Gloss. in c. Clerici il. 2. in verb. ad aleas in fin. de vit. & honest. Cleric. Odofred. in L. 1. post n. 3. vers. si quis ludat vel perdat ff. de aleator. & in d. §. Si servus in summ. & ibi etiam Flor. in pr. & n. 9.* Ampliatur 3. Ut è contrario si is, qui vicit, fuerit servus vel filiusfam., detur adversus Parentes & Patronos repetitio ejus, quod lusum est, quatenus tamen in eorum peculio victa pecunia remanserit, & ex ea factus fuerit locupletior *text. in L. f. §. Item si servus & §. adversus ff. de aleat. & ibi Gloss. in verb. adversus. Odofred. in L. 1. post n. 3. vers. si vincit ff. eod. AZO in summ. C. de relig. n. 27.* Ampliatur 4. Ut Of-
ficia-

ficiales & Domini terrarum, qui possunt probibere nec prohibent ludos prohibitos, teneantur ad restitutionem eorum, quæ in ludo amittuntur, ita dicit B. Bernhardus in suo Opuscul. de rest. in ser. 34. & est text. in c. si quis de Cleric. 12. q. 2. ibi de propriis facultatibus reddat & c. Marian. in c. inter dilectos n. 58. in fin. de Excess. Pral. Par. de Put. in tr. de ludo n. 41. vers. Domini & Officiales, add. Caccial. in eod. tr. de lud. n. 54. vers. 5. & c. & n. 56. vers. 7. Chilian König. in pract. & process. c. 57. n. 4. Ampliatur 5. ut acquisita in ludo acquirenti nec titulum nec bonam fidem tribuant: Malæ fidei enim possessor dicitur, qui contra legum præcepta mercatur L. 7. C. de Agric. & censit: & in specie adden. ad Azo. in summa C. de relig. in verbo lusor litera h. An verò acquisita in ludo dicantur acquisita ex causa lucrativa vel onerosa? dico, quod ex titulo lucrativo, imò ex maleficio secundum Marian. in c. inter dilectos num. 80. seqq. de Excess. Pralat. Paris de Put. in tr. de ludo n. 80. in fin. & seqq. Barbat. Cons. 66. n. 3. lib. 3. Pract. Conrad. rubr. de Lusor. n. 14. Ampliatur 6. Ut filii possint revocare alienationem eorum, quæ Pater amittit in ludo usque ad legitimam secundum Mari. in c. inter dilectos n. 82. X. de Excess. Pral. post Bald. quem allegat Paris de Put. in tr. de lud. num. 52. ubi distinguit, Caccial. in eod. tr. de lud. n. 81. Troil Malvat. in tr. de sortib. par. 2. num. 7. Barbat. Cons. 66. n. 3. lib. 3. Tiraquel. de legib. connub. glo. 5. n. 201. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. n. 172. Ampliatur 7. ut si is, qui pecuniam in ludo amissam persolvit, vel Pater, Procurator aut Defensor ejus fuerit negligens in illa repetenda, tunc fiscus illam repetat, text. expressus in L. f. §. Commodis igitur C. de Relig. & sumt. funer. Bonif. de Vital. in tit. de lud. Azardi n. 2. in fin. & Jodac. in Pract. Crim. c. 126. n. 5. in fin. & n. 19. Ampliatur 8. Ut bona vincentis sint tacite hypothecata ad favorem ejus, qui ad pecuniam amissam repetendam actionem habet secundum Flor. in L. quod in convivio §. si servus num. 10. & seqq. ff. de aleat. Limitatur verò 1. In ludo permisso, utpote Schachorum, seu alio, in quo, quod amissum est, non repetitur secundum Flor. in L. Quod in convivio §. Si servus num. 2. vers. pro cuius solutione ff. de Aleat. Joan. Sichard. in rubr. C. de condict. ob turp. caus. n. 7. in fin. Imol. in L. Si quis cum sciret n. 5. vers. primo casu ff. pro emt. ubi declarat Bal. in c. Clerici il. 2. n. 5. in fin. vers. alii dicunt de vit. & honest. Cler. & ibi etiam

etiam Imol. n. 12. col. 4. ant. med. vers. primo casu & n. 13. col. 5. in pr.
vers. Primo casu. Et sicut denegatur repetitio pecuniæ amissæ &
solutæ, ita etiam si non fuerit soluta, datur isto casu actio ad
illam recuperandam secundum Henr. Boic. in c. Clerici num. 12.
de vit. & honest. Cler. Stephan. Costa in d. tr. de Lud. art. 3. n. 3.
in fin. & vers. hinc etiam & num. 4. vers. ex quibus potest concludi.
Limitatur. 2. in eo, qui attractus & provocatus ab alio, ut luderet,
illum vicit, non enim ab hoc sic attracto & provocato datur repe-
titio pecuniæ amissæ secundum Flor. in L. Quod in convivio §. Si ser-
vus n. 4. vers. secus è contra si vinceret attractus ff. de Aleat. Card. Zab.
in c. Clerici il. 2. num. 11. ad fin. col. in pr. vers. si verò alter: de vit. & ho-
nest. Cler. Par. de Put. d. tr. de lud. n. 31. in fin. vers. aut attractus. Cac-
cial. in tr. de ludo n. 58 & 80. Steph. Costa. in ead. tr. de lud. art. 3. n. 11.
pr. And. Rauchb. p. 2. Q. 25. n. 39. Carpz. Pr. Cr. p. 3. q. 134. n. 23. in fin.
Plures Autores aliaque notatu digna vid. apud Farin. in Prax.
Crimin. P. 5. Q. 109. n. 109. & seqq. Ac verò licet moribus pecunia lu-
do perdita & jam soluta non possit repeti, nisi fraus in ludendo
intervenerit, vel quis alterum sollicitè ad ludendum instigaverit
Jul. Clar. lib. 5. Sent. §. Ludus n. 7. Rauchb. p. 2. Q. 25. n. 95. Quirin. Cu-
bach. dec. 4. illustr. quest. 8. Math. Cöler. Part. 1. Dec. 173. n. 8. Carpz.
Prax. Crim. P. 3. Q. 134. n. 25. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 15. th. 57. med.
Chilian König. in Process. sub tit. Klage von Doppelspiel c. 57.
n. 3. Arnold. Vinn. in Wesenb. tit. de aleat. in fin. Attamen illud et-
iam hodie est juris indubitati, quod nulla competat actio ex de-
bito pro ludo nec lusor ejusve heredes ad exsolutionem aeris
per ludum contracti teneantur. art. 6. lib. 1. Landrecht. ubi Gloss.
Weichbild art. 101. Was um Spiel ist/da darf der verklagte Klägern
nicht um antworten/noch der Richter darüber richten. Chilian. König
d. c. 57. n. 1. Math. Cöler. d. decis. 173. n. 5. Andr. Rauchb. d. quest. 25.
n. 59. & 94. Carpz. Pr. Cr. d. q. 134. n. 26. Prout responderunt Sca-
bini G. à N. Daß Ihr die 3100. Gulden / so ihr mit Spielen auf
Borg genommen zu rechte nicht zusodern habet. V. N. W. M. Decemb.
A. 1548. Ita quoque Domini Helmstadiensis Georgio à Bodun-
gen d. 3. Decembr. A. 1616. responderunt. Daß Gefangener die von
Hn. Michael Beneken auf den Spiel gewonnene 22. Rthlr. nicht so-
dern / noch ihm dieselbe abrechnen kan. V. N. W. Si autem ludens
obliga-

obligationem suam juramento confirmavit, ea convalidatur, uti etiam hoc adserit Forsterus *in suo tr. de Dom. c. 8.* Nobilis enim quidam W. à K. cum alio Nobili L. à B. lufurus promiserat & sese firmiter obstrinxerat hisce verbis: Da Er die 1000. Rthlr. verspielen würde/ wolte er ehrlich bezahlen/ oder wolte des Teuffels mit Leib und Seel/ ein Huren Sohn/ Schelm und Bösewicht seyn/ auch ferner als er das Geld verspielet und erinnert worden / geantwortet / ich wil dich bezahlen oder wil kein ehrlicher von R. seyn. Denn was ich mich gegen dir verpffichtet / daß wil ich dir halten/ so wahr mir Gott helffen soll/ und ein Kind des ewigen Lebens gedencke zu werden. Quæsitum ergo fuit, an hac promissione probata, W. à K. solvere teneatur? ubi ita responderunt Scabini Wittebergenses, daß R. gestalten Sachen nach die 1000. Rthlr. zu erlegen schuldig / jedoch weil gleichwohl solch lucrum allen beschriebenen Rechten zuwider/ und darinnen heilsamlich verbothen / so wil euch L. à B. als einer Adl. Ritter. Person nicht wohl anstehen und gebühren / dasselbe Geld in euren Eigennutzen zu nehmen / besondern es ist des Ortes hohen Obrigkeit unbenommen / stehet auch derselben jederzeit bevor / solch Geld von euch wieder abzufodern / und zu milden Sachen / und also zu Besserung Schul und Kirchen anzuwenden. Et hoc pronunciatum fuit *juxta c. 6. debitoris de Jurejurando*, quia juramentum non potest fieri irritum, quippe quod citra dispendium æternæ salutis servari potest. Nec firmat solum actum lusionis exinde, sed maxime, quia hic contractus plane irritus non est ac invalidus, sed punibilis saltem & in jure civili illicitus. Nam si actus ille plane esset irritus, juramento confirmari non posset, quia juramentum confirmatorium præsupponit actum validum. Ut igitur Jure Civili confirmetur, necesse est, ille eodem jure sit validus, quia invalidus non confirmatur. Maranta *in suo Speculo aur. p. 3. n. 56. p. m. 52. & seq.* Jus autem Canonicum non attendit, quod Jure civili sit invalidus, sed modo actus in se extra jus civile consideratus subsistat, nec accedat negotio (1.) Jure naturæ illicito ac turpi. (2.) Ipsi utilitati publicæ repugnanti, & (3.) ad alterius præjudicium vergenti. Magnif. Dn. Struv. S. I. C. *Exerc. 17. th. 15.* Ideo & Perez *in suis prælect. ad C. tit. de aleat. n. 7.* limitationem adjicit, quod is, si pecuniam in ludo perditam se soluturum promisit jurato, teneatur

cur juramentum implere, cum non sit super te invalida, nec quicquam mali involvat solutio, nisi per eam damnum aliquod familia incurrat c. 28. de *Jurejurando*, ubi & alia observanda invenies. Dn. Lehm. d. t. c. 6. n. 15.

CAP. VII.

DE

Pœnâ ludentium, eorumq; qui hos suscipiunt.

Quoniam ludus non solum dicitur prohibitus, sed etiam vocatur crimen, ac propterea bannitus pro ludo dicitur bannitus pro crimine secundum Bartol. & Bald. in *proem. ff. in §. illud*, quod refert & sequitur Paris de Puteo in *tr. de Ludo sub n. 53*. Caccial. in *ead. tr. de ludo nam. 83*. Præposit. Alexandrin. in *c. Episcopus n. 5. dist. 35*. Steph. Costa in *tr. de Ludo art. 2. n. 57*. Aug. ad Angel. de *malef. in verb. metidor de mali dati post n. 7. vers. Et ideo ludus appellatur. Crim. Pract.* Conrad. *tit. de lusor. n. 1. vers. subicere etiam possumus, & n. 24*. Foller. in *pract. censual. in verb. Nicolaus Episcopus n. 112. in fin. & seq. Viv. opin. 468. n. 1*. Quare merito lusores jure civili pœna arbitraria vel extraordinaria coercerentur Bonifac. de Vitalin. de *malefic. tit. de lud. Andr. Rauchb. P. 2. Q. 25. num. 54*. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. Ludus num. 6*. Tusch. *Concl. Pract. lib. 5. Concl. 456. n. 7*. Damhaud. *Pr. Crim. c. 126. n. 17*. Farin. *Prax. Crim. P. 1. Q. 109. n. 57*. Id quod etiam Jure Saxonico firmatur. (1.) Ex textu manifesto Ordin. Provinc. de Anno 1375. tit. *Zopler und Spieler verb. derohalben ist unsere ernstliche Meinung / ein jeder wolle den Seinen und sonderlich den Hausleuten ernstlich gebieten / daß sie sich Kartens und Würffel-Spiels enthalten / und daß achtung darauf gegeben werde / denselben unverbrüchlichen nachzugehen / und wäre es übergangen / daß alsdann der Wirth / wo er solches gestattet / und obers nicht erwehren könnte / dasselbe der Obrigkeit nicht angesaget / samt den Gästen gestraffet werde.* Quo ipso, dum pœna certa non exprimitur, haud obscure indicatur, lusoribus hisce arbitrariam pœnam infligendam esse, juxta vulgatum Dd. axioma, quod certâ pœnâ legibus aut statuto non expressa, arbitrariè delinquentes puniri

puniri vult Jac. Menoch. de arbitr. Jud. quest. lib. 1. qu. 86. n. 8. Jason in L. Jubere 4. n. 14. ff. de Jurisdic. omn. jud. Andr. Tiraq. de poen. leg. temp. caus. 31. n. 43. Carpz. Pr. Cr. P. 3. Q. 134. n. 17. (2.) Clarior hac de re extat Sanctio in d. Ord. Polit. de Anno 1612. tit. von Spielen verb. Allein die andern Spiel so ludi fortunæ so wohl die so ludi mixti genennet werden / als da sind Bretspiel / Karten und dergleichen / sollen keinem verstatet werden. Junct. § f. d. tit. Welcher nun hierwieder handeln oder solches in seiner Behausung nachgeben wird / der soll jedesmahl zwanzig Rthlr. zur Straffe (darvon ein Rthlr. dem so es in Erfahrung bracht/gebühret) entrichten / oder da er es nicht in Vermögen / acht Tage lang in gefänglicher Haft enthalten werden. Quæ verba arbitrariam animadversionem satis probant. Etsi vero 20. thalerorum mulctam nec non carceris poenam ad octitudum determinant, dubium tamen non est, quin exempli loco hæc solum proferantur, & judex pro arbitrio, & ratione circumstantiarum hæc poenas diminuere vel etiam augere, ac quandoque relegationem collusoribus indicere queat, ut praxis quotidiana docet. Et secundum hanc regulam Elect. Sax. Scabinos quotidie pronunciare certo certius est, velut etiam nuperrimè responderunt gegen Mücheln Mens. Aug. Anno 1650. Quin & si Nobilis aliisque Magistratus in suo territorio, certam aliquam pecuniæ summam in collusores statuerit, eâ delinquentes teneri, responderunt veteres Scabini ad requisitionem Johann. à Wangenheims: Mens. Nov. Anno 1548. Carpz. Pr. Cr. P. 3. Q. 134. n. 18. & seqq. Solent etiam Judices inferioris sortis lufos improbos in primis festis diebus deprehensos ad torquem infamem damnare Petr. Gregor. in S. I. V. lib. 39. c. 3. in fin. Similiter Par. de Puteo tradit, quod vigore Constitutionum regni publici taxillorum lufos ad opus publicum damnentur. Et videantur juxta Farinac. Prax. Crim. P. 1. Q. 109. n. 57. Urbis bannimenta de Anno 1591. capitulo septimo, ubi luforibus libro prohibito imponitur poena trium ietuum funis. De Jure autem Canonico Laici lufos, si non desistant à ludo, excommunicantur, text. in c. Episcopus, & ibi Præposit. Alexand. in summario distinct. 35. Card. Zabarel. in Clem. secunda §. sed & tales n. 10. in fin. de vit. & honest. Cleric. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. can. capitulo 70. in verb. alea-

G 2

tores

tores lit. c. sub vers. hoc de Cleric. Summa Sylvestrina in verb. Ludus
n. 10. vers. & ubi id patet, idem est in Laico. Menoch. de arbitr. quest.
lib. 2. casu 399. num. 6. ubi amplius quod ab Episcopo Laicus lusor
pœnâ arbitrariâ punitur, nec solum pœnas prædictas lusores tam
de Jure civili quam Canonico incurrunt, sed etiam eodem Jure suo-
rum bonorum lapidatores reputantur, & propterea illis tanquam
male utentibus suâ substantiâ, sicut & prodigis interdicitur ad-
ministratio, secundum Bald. in Auth. quod locum Cod. de collat. in
fin. Pract. Conrad. rubr. de lusor. n. 16. in nona ampliacione, allegat.
Rip. in L. 15. cui bonis n. 21. ff. de V. O. & ibidem per Conrad. n. 20. Jo-
han. Bonif. in tr. de furt. § 10. n. 92. Neque hîc prætereundum est,
quod optimus Rex Francorum Carolus VII. in suis diplomatibus
Anno 1369. omne ludorum genus honestati repugnantium prohi-
buerit, lusoribusq; pœnam indixerit quadraginta solidorum Pari-
siensium pro suo fisco. Conf. Damh Prax. Crim. Part. 1. c. 126. num. 28.
Etsi præterea quippiam ipsi aleatori durante lusu ereptum fuerit,
id perit & aleatori negatur reposcendi actio, notab. L. 1. §. 2. ibi im-
pune fit ff. de aleat. Et si aleatori ulla inferatur injuria aut damnum
(ut dictum est) aut ipse cædatur, sublata est ei omnis de repara-
tione petendi actio d. L. 1. §. 2. Vid. Damhaud. Pr. Crim. P. 1. c. 126. n. 8.
Quâ pœna lusor vulnerans colludentes in ludo privato teneatur,
vid. Stephan. Cost. in tr. de lud. art. 3. n. 14. & Par. de Put. l. c. n. 54.
Ludus quando excuset delictum vel non vid. Tusch. Pract. Concl.
tom. 5. Concl. 457. Repetitio, quam post solutionem tam victus
quam heredes ejus adversus victorem & ejus heredes habebant,
dabatur olim in quadruplum, hodie in simplum. An autem illa fa-
mosa? Cujac. ad L. 1. C. de d. aleat. id putat, Aleatorum enim nomen
infame, unde & tesserarios se adpellari malebant Amm. Marcell.
28. ut latrones πορστὰς se vocari. Lenticulam aleæ damnatum
quasi infamem notat Cicero 2. Philipp. Differunt autem aleatores
à tesserariis, quantum fures à latronibus conf. Gothofr. in not. ad
L. 1. C. de aleat. & aleat. lus. lit. c. Aleator quoque testis esse nequit
arg. c. super eo 13. c. testimonium 54. X. de testib. & Attest. Gramm.
Decis. 11. n. 5. & Decis. 4. n. 2. Roland à Valla vol. 2. conf. 63. n. 18. & 24.
it. vol. 2. conf. 34. n. 4. Decius Conf. 163. n. 19. Alex. in Conf. 152. col. 4. lib. 5.
Anchar. in Conf. 227. ad corroboracionem col. 2. in fin. vers. similiter
Andrio-

Andriolus & in *consil.* 415. *primum dubium col. 1 vers. persona autem.*
 D. Aymon. Cravett *Conf.* 377. n. 18 & hoc ita extenditur à Dd. quod
 neque in causa civili neque criminali admittatur, quia dicitur
 criminofus bonorum decoctor. Mascard *de probat.* vol. 2. *concl.* 998.
 n. 1. Probare tamen debet is, qui rejicit illum tempore testimonii
 ferendi aleatorem esse, Cravett. *P. 1. Conf.* 196. n. 5. qui non aliquan-
 do tantum, sed continuo ludere consueverit. Menoch. *de Arb. J. Q.*
 lib. 2. c. 299. n. 21. quem sequitur & Thomas Aëtius *de ludo Schacho-*
rum qu. 8. principali post n. 21. Rigor juris aduersus aleatores ulte-
 rius apparet *ex Synodo Provinciali Zelandica habita Tholæ Anno*
1602. art. 25. quæ ab usu cœnæ expresse aleatores arcendos esse de-
 crevit, nisi moniti desisterent, si aperte alea aut chartis ludere con-
 sueverint *vid. cap. 10. ex Cujac. ad c. lib. 3. tit. 43. p. 190,* quia versan-
 tur circa rem scurrilem Daniel Sauterius *in suo Palamede lib. 3. c. 8.*
 cui talem titulum præponit, *chartarum lusoriarum ludi scurriles &*
caput sic inchoat, Chartæ lusoriæ fortuitæ sunt, & à perditis homi-
nibus inventæ, lib. 2. c. 5. vocat ludum inhonestum, c. 9. esse damnandum
turpem & Christiano homini indignum, infamem, flagitiosum. Ideò
 & porrò honestâ privandi sunt sepulturâ, qui enim malè vitam
 suam transegit, non dignus habendus, ut penes demortuos, qui
 optimè in vita sua versati fuerint, locetur, hoc enim modo alii
 exemplo tam tristi ab alea deterrentur horrorque quasi injicitur
arg. L. 28. §. 15. ff. de pœn. L. 31. ff. deposit. Et quia, uti recensui, alea-
 torum nomen pro infami habetur, & ex *L. ult. §. 2. ff. de aleat. L.*
fugit 225. ff. de V. S. pluribus apparet, sponsalia quoque dissolvit,
 neque etiam continetur Edicto Ædilitio *L. 4. §. 2. ff. de Ædil. Edict.*
ibique Gothofr. Interim tamen hoc notari velim, si injuriatus cum
 injuriante luserit, injuriam remissam censerit, quia ludentes amicè
 inter se confabulari solent, quod dicitur amicitia indicium, quæ
 inter homines regulariter præsumitur *arg. L. 17. C. de testib.* imò &
 aliàs per amicabilem conversationem inducitur præsumtio re-
 conciliatæ inimicitia Mascard. *vol. 1. concl. 85. n. 6.* atque injuria-
 rum remissio Myns. *ad §. ult. J. de injuriis.* Mit Spielen/ Essen und
 Trinken und mit andern freundlichen Gebården und Gemeinshaft-
 ten/ die einer mit einem pflieget/ damit er Freundschaft hat/ wird die
 Injurien aufgehoben per Gloss. *Ordinat. Landrecht lib. 3. art. 31. su-*

per verb. oder schläget vers. denn dergleichen mag einer einen erlas-
se i und vergeben. Solent tamen Aulici pocula injuriantis jure Au-
lico accipere auf Hofrecht h e. scitra præjudicium injuriæ, vulgo
ich warts auf Hofrecht / ich bringe dirs auf Hofrecht Andr. Gail. de
Arrest. c. 14. num. 9. Paul. Matth. Wehner. in pract. observ. lit. h. verb.
Hofrecht auf Hofrecht annehmen oder trincken. Quæritur an si quis
ludat ad ludum prohibitum cum uno pluribus vicibus continuatis vel
cum pluribus vicibus continuatis puniatur unâ pœnâ? Bart in L. 67. § 2.
ff. de furt. dixit, quod una pœna tantum, quia unus est ludus, qui
semper videtur fieri, donec sit conclusus, nec aliquid videtur per-
fectè quæsitum propter ludi volubilitatem, nisi quando recedunt
à ludo, ut ibi per eum. Pro quo faciunt, quæ no. Bar. in Consil. in-
cip. inter emm. & S. ubi ponit de statuto, puniente verba injuriosa
pro qualibet vice, quod debet intelligi ex intervallo; ad quod
facit, quod habetur in L. 9. ff. de Jurisd. ubi etiam habetur, quod
blasphemantes continuo tempore an sit una vel plures blasphe-
miæ; ad quod facit L. 23. ad L. Jul. de adul. & Gloss in L. Si convenit
ff. de pignorat. action. & dicit Bar. in L. Pomponius la secunda de ne-
got. gest. quod si cum eadem pecunia pluries ludat, dicitur unus
ludus, quando cum eodem & eodem tempore: Secus si primam
pecuniam perdat, & alius extrahat, & de novo ludat, ut ibi per
eum circ. ultimam colum. vid. hîc Bart. Socin. vol. 2. Conf. 33. col. 4.
§. insuper. Paris de Puteo tr. de ludo n. 47. Caccialup. eod. tr. n. 69.
Solent interdum susceptatores nequiores esse, quapropter justo
justius erit eos impunitos non relinqui. Habemus autem Edictum
Prætoris in susceptatores datum, ne præbeant occasionem huic
nequitix, quod ita sonat: Si quis eum, apud quem alea latum esse dice-
tur, verberaverit damnumve ei dederit, sive quod eo tempore dolo ejus
subtractum est, judicium non dabo L. 1. pr. ff. h. t. & §§. seqq. quod
variis ampliationibus & limitationibus pro more suo prolixius
deducit Prosp. Farinac. Q. 109. P. 4. num. 137. & seqq. Et quanquam
hoc ipsum Edictum Prætorium Joh. Jac. Willenb. ad ff. P. 1. Excro.
23. th. 16. adpellet non solum ἡ δόξα sed & ἡ δόξα, quia hac
ratione homines invitantur ad turba, damna, injurias inferendas
promissa delictorum impunitate contra L. 1. §. 4. ff. ad Sc. Turpill.
L. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil. Interim & in hoc Edicto Prætorio justitia
nondum

nondum exulat, siquidem hinc intentio Prætoris potissimum atten-
denda, cui id curæ fuit ludos alearum plane tollere, quia tamen
recipi lutores ac foveri in ædibus videbat, nolebat ejusmodi re-
ceptatori ob damnum aliquod ipsi illatum actionem concedere,
quippe cum hoc damnum ex propria culpa sensisset *L. 203. de R. I.*
ut hac viâ hospites eo magis à receptione lusorum deterren-
tur, si viderint sibi ob damnum ab illis datum actionem denegari.
Nam cum metu damni deterritus unusquisque eum, quem luso-
rem in ædibus habuerit, à se cœperit propulsare, occasio ludendi
amplius non dabitur, ut in simili rescripsere Arcadius & Hono-
rius Imp. in *L. 12. C. de agric. & censit.* Imò nec ea propter impuni-
tas delicto tempore ludi commissio datur, cum nihil quod malo
more doloque admissum impunitum sit relinquendum *L. 11. in fin.*
ff. de doli mali & met. caus. except. sed receptatori saltem persecutio
injurie suæ denegatur Anton. Faber. Rational. in *L. 1. pr. ff. de*
aleat. tit. 6. Fit autem hoc, ut testatur Dn. Hahnus juxta principia
extraordinaria ob rei vilitatem, cuiusmodi res est alea & turpis
imò indignior, quam ut SS. iustitia ei accommodari debeat, si-
mulque addit responsum Helmstadii datum Anno 1616. 3. Dec.
Nec modo susceptatoribus actio criminalis, verum etiam civilis
denegatur, quicquid etiam ex ejusmodi domo aleatori quoque
ipsi durante lusu, ereptum fuerit *L. 1. §. 1. ff. de aleat.* Et si aleatori
ulla inferatur injuria aut damnum aut ipse lædatur, sublata est ei
omnis de reparatione petendi actio *d. L. 1.* Arbitraria aliàs pœna
receptatores à Magistratu merito puniuntur, pro qualitate nimi-
rum delicti, conditione Personarum ac ratione circumstantiarum
Poltey. Ordnung tit. 8. von Spielen §. 3. Carpz. Prax. Crim. Q. 134.
numer. 48. Prosp. Farin. Prax. Crim. Q. 109. p. 4. numer. 137.
Quæritur an Parentes & cognati vel affines requisiti & rogati à Ma-
gistratu, ubinam filius, cognatus vel affinis deliquens latitet, indicare,
vel si ignorantiam prætendant, juramento se pugare teneantur? Hoc
casu consulti fuerunt Dn. Scabini Lipsienses Anno 1625. M. April.
idque commodum Reip. cujus interest delicta puniri *L. 1. ff. ad L.*
Aquil. omnino exigere videbatur, cum absque hoc medio de-
linquens vix deprehendi & pœnæ, promeritæ tradi possit. Atta-
men metus perjurii ab altera parte hoc ipsum impediēbat, unde
& fit,

& fit, quod Parentes & consanguinei ad testificandum contra li-
beros & consanguineos regulariter non admittantur *L. Parentes,*
ubi Salyc. *in pr. vers. nota quod cogi non debeat &c. C. de testib.*
Ant. Gom. *tom. 3 var. resol. c. 12. n. 12. Proso. Farin. de testib. Q 54.*
n. 170. Quod & Jul. Clar. obtinere arbitratur, etiamsi veritas aliter
haberi non possit *in pr. §. ult. Q 24. vers. scias tamen.* Quod tantò
verius est quanto certius, cuilibet non modo suum, sed etiam suo-
rum sanguinem redimere licere Jas. *in L. 3. ff. de J. & J. nec quen-*
quam delinquentem consanguineum occultantem graviter puni-
endum esse L. 2. ff. de recept. ubi Wesenb. in Parat. n. 2. Responsum
Scabinorum hisce formalibus fuit conceptum: Ob nun wohl von
euch vermuthet wird/ daß der alte P. B. sein Weib/ Tochter und deren
Männer Wissenschaft haben/ wo ihr Sohn/ Bruder und Schwager/
P. B. der Speisemeister / welchen die an K. von K. begangene Entlei-
bung nebenst andern Schuld gegeben wird / sich aufenthalte und anzu-
treffen sey etc. So mögen sie doch dasselbe anzuzeigen/ gestalten Sachen
nach / wider ihren Willen nicht gedrungen / noch deswegen mit dem
Eynde belegen werden B. R. W. Ad requisitionem Senat. Witteberg.
M. April. Anno 1625. Carpz. *d. l. num. 52. & seqq.* Per susceptato-
rem autem intelligitur non ille, qui bis vel rarò lufores re-
cepit, sed illum, qui frequentissime & consuetudinem recipi-
endi habet *L. 1. pr. §. 1. ibiq; Gloss. h. t. vid. Bonacos. in Quest. crim.*
in verb. Ludus vers. statutum loci in fin. faciunt scripta per Joh. Bo-
nis. in tr. de furt. §. 10. n. 86. ubi dixit, quod qui domum vel alia neces-
saria ad ludendum præbent, publici hostes adpellentur, & magis delin-
quant quam lufores Ant. Scapp. *in tr. de jur. non script. c. 167. num. 3.*
Illum quoque, qui ludum domi retinet jura quandoque vocarunt
ludi susceptatorem, & quandoq; etiam aleatorem ut in *L. 1 § 2. ff. de*
aleat. Odoired. in rubr. eod. tit. vers. & aleator dicitur & in d. L. 1.
col. 2. ante n. 1. in verb. susceptatorem AZO *in summa C. de Rel. g. n. 28.*
Bonif. de Vitalin. *in tit. de ludo Azardi n. 3. vers. alearius autem, ubi*
retinentem ludum etiam alearium vocat Paris de Puteo *in tr. de*
lud. n. 4. & n. 46. Loco pœnæ etiam statutum est, quod domus, in
qua luserunt, publicari debeat *L. ult. C. h. t. Damhaud. Prax. Crim.*
P. 1. c. 126. n. 8. Farinac. Prax. Crim. P. 4. n. 149. & seqq. Magnif. Dn.
Struv. Exerc. 15. th. 53. nisi sit domus pupilli non capaxis doli vel
viduæ

viduæ arg. *L. 1. C. de fals. monet. sive alterius miserabilis personæ.*
Domus quoque conducta non debet publicari, si dominus ejusdem sit ignorans, quando autem domus publicatur, non tamen res, quæ in ea reperiuntur, simul prostabunt, nisi ad ludum sint accommodatæ, ut scamna, mensæ &c. Bald. in *L. 1. C. de naut. fœnor.* & in *L. 3. de incest. nupt.* Bart. in *L. ult. ff. de supell. leg.* Ampliationes ac limitationes quoad hos receptatores vid. latè apud Farin. *Prax. Crim. Q. 109. P. 4. per tot.* Judex verò quis sit, qui possit cognoscere contra lufores & ludum tenentes vid. apud Par. de Put. *tr. de lud. n. 43.* & Caccial. in *eod. tract. n. 60.*

CAPUT VIII.

DE

Affinibus.

INter affinia sponfionem numerari posse in confesso esse nullus ambigo, idcirco illam describere jam è re duco. *Est autem sponfio conventio duorum pluriumve de veritate aut eventu alicujus rei dubiæ, honestè tamen contendentium, ut victori cedat id, quod depositum.* In objecto sponfionum singulare est, requiri rem intellectui nostro parem, unde quicquid intellectus clara & omnibus æque adparenti adprehensione accipere nequit, illud sponfionibus nullis subjici valet: Sic de veritate discrepantium in disciplinis opinionum nulla sponfio fieri potest, ut de motu terræ aut motu Solis aliisve omnium generum quæstionibus, licet enim alterutra dissentientium pars veritatem sustineat, clara tamen & ab omnibus æque visa demonstratione non nititur, unde sponfionum capax non est: similia de aliis dicentur, adeo ut vix alia quam singularia & res facti non juris videantur huc trahi posse Becman. *Lin. Doctr. Mor. c. 8. §. 13. p. 159.* Licet nonnulli putent exemplo lusus etiam sponfiones omnes prohibitas esse, tamen rectius existimant, qui hoc de sponfionibus lusus gratia factis intelligendum censent. Nusquam enim invenias jure Saxonico diserte omnes sponfiones indifferenter improbatas, neque ita loquuntur allegati textus Weichbild *art. 101. Landrecht lib. 1. art. 6. lib. 2. art. 4. lib. 3. art. 6.* & jus civile sponfiones ex honesta causa factas admittit *L. 3. ff. de aleat.* ubi extra causam ludi ipsa conditio honesta nec bonis moribus contraria pro causa sufficit. Præterea quoq; in Legibus civili-

H

civili-



civilibus hinc inde conceduntur pacta stipulationesque condi-
tionata à futuro eventu dependentes, uti corroborat *L. 63. L. 108.*
L. 129. de V. O. L. 17. §. ult. de P. V. latè Benven. Strac. de Spons. mer-
cat. p. 3. n. 1. & seq. Santerna tract. de Affecur. Mercat. Par. 2. n. 1.
& seq. Becman. Lin. Mor. doct. c. 8. §. 13. p. 159. ut e. g. poneret quis
pignus quoddam sub aliquo, honesto tamen eventu, ut si tibi na-
scatur masculus, dabis mihi decem, si foemella, dabo tibi decem,
hanc sponsonem habeo pro licita, sicut enim valet promissio,
quando polliceor tibi centum, si avis ex Asià veniat, & quando
quis denegaret hanc pecuniam, potest alter contra illum actionem
ex stipulatu instituire & valebit, siquidem nulla fraus, dolus
aliaq; commutatio iniqua inest. Quod sponsones tolerentur,
hodiè minus dubii habet in Foro Saxonico propter verba clara
Ord. Polit. de Anno 1612. Wie dann auch honestas sponsones so
extra causam ludi geschehen an seinen Ort etc. Ita Domini traden-
te Carpz. *P. 2. C. 19. D. 18.* responderunt in causa Martin Webers
zu Rochlitz Mens. Jul. Anno 1631. Si vero sponsio bonos mores
evertit, statim illicita existimatur e. g. Wer den ersten wird zu Bo-
den sauffen/ der soll so oder so viel haben. Quamvis enim in iure ju-
stum habeatur, quod quis commestationis ergo ludere sponso-
nemq; celebrare possit *L. 4. ff. de aleat.* attamen hoc intelligendum
est, non de nimia, sed de licita, honestaque computatione, quod
autem conditio, de qua nunc agitur, sit inhonesta, nemo est qui
neget, & confirmatur in *c. Cmpula, de vit. & honest. Cler. Stracha*
tr. de sponson. §. Item quero p. m. 221. Neque verò minus id spon-
sionis genus illicitum declaratur, si quis hoc modo capter verbas
Um was wollen wir wetten/ ich konne an einem Dhrt einen Stadt-
schreiber/ der nicht lesen und nicht schreiben kan. Sicut enim in ludis,
uti sæpius dictum, omnis fraus ita quoque in sponsonibus abes-
se debet. Uno verbo, adversantur sponsonibus dissensus *§. 22.*
7. de inut. Stip. & Error, quia qui errat, non consentit *L. 116. §. ult.*
ff. de R. J. L. 15. de Jurisd. L. 2. pr. de jud. ergo nec spondet. Dolus
L. 7. §. 7. & 9. D. de pact. Vis & metus c. seq. 9. Causa inhonesta,
quando videlicet in natura est vitium *§. Quod turpi 23. 7. de Inutil.*
Stipul. L. 3. de aleat. & quod est contra bonos mores pro impos-
sibili habetur. vid. Dn. Lehm. *d. tr. c. 7. n. 3. seq.* Quæritur an is,
qui certò sit rei eventum, possit adhuc sponsonem facere? Resp. Neg.
in spon-

in Sponſionibus enim utrumq; oportet eſſe dubium, aliàs con-
tractus non foret æqualis. Becman. *Lin. doct. Moral. c. 8. § 13. p.*
140. Quæritur autem, an talis ſponſio ſit licita, ſi unus ex ludenti-
bus, habens in ſuis aleis numerum, qui poteſt in eo ludo contin-
gere, omnium maximum, adeo, ut penes ipſum ſit ludi victoria, ad-
dit ſponſionem, auget que duplicando præmium, ſi ſcilicet ſociis non di-
ſpliceat, quorum alter rei ignarus, & credens ſe ſatis amplum habere
numerum, conditionem augmenti acceptavit, & detectis manifeſtatisq;
aleis ſe victum agnovit, an ſponſionem duplicare debeat nec ne? Reſp.
Talis ſponſio utique ſervanda eſt. Vide Morla in *Empor. Jurid. P.*
1. tit. 7. Q. 3. n. 1. 2. & ſeqq. Becmann. *Lin. doct. Mor. c. 8. § 13. p.*
140. Quæritur, an, qui conteſtatur ſe certo ſcire, altero nihilominus con-
tendente, & ſponſionem offerente, eam acceptare poſſit? Negat Car-
dinalis de Lugo de *Juſt. tom. 2. d. 31. ſect. 6. num. 8. & ſeqq.*
Huic annectitur Olla ſive Urna fortunæ Germ: Der Glückſtopf/
& aliàs quoque dicitur contractus fortium ſive Loteriæ, item
La raffe & riffe, quas adpellationes proponit Martin. Delrio
Disquis. Magic. tom. 3. lib. 4. c. 4. Q. 2. Chriſtoph. Ludov. Dieter.
Addit. ad Reſold. Theſaur. Præſ. voce Glückſtopf. Loquor autem
non de tali fortium contractu, quando certi homines inter ſe con-
veniunt de equo e. g. emendo, & quilibet partem ſuam contri-
buit, ut poſtmodum ſorte experiantur, quis equum habere debeat,
cujus contractus juſtitiam prolixè perſequitur Ludov. Mol. de
J. & J. tract. 2. Diſp. 509. tot. ſed de olla circumforaneorum, qui
res ſuas venales ſchedulis inſcribunt, mixtis pluribus ſchedulis,
quibus nihil inſcriptum, poſtea que certum exigunt pretium pro
quavis ſchedula extrahenda, promiſſâ, in caſum felicis ſchedu-
læ extractæ, re illa, quæ in extracta ſchedula notata. Modus hic
lucrandi notiffimus eſt, ut ſic prolixiori deſcriptione non egeat.
An verò illa licita ſit, vid. Magnif: Dn. Struv. *S. J. C. Exerc. 15.*
th. 58. Molin. *loc. cit. Diſp. 509.* Wehner. *Obſerv. Præſ. ſub voce*
Glückſhafen/ Dn Harsdörffer. in dem groſſen Schauplatz luſt- und
lehrreicher Geſchichte ſub rubr. der Glückſtopf tit. 198. ubi rationes
ab utraq; parte pro & contra ollam fortunæ adfert. Plura lege-
re, qui deſiderat, evolvat Keller *lib. 2. de Offic. jurid. c. 23* Corrad.
Schlüssel-Bürger. In bedencfen von Glückſtopf. Nec deſunt
Politici, qui civitatibus ære alieno obrutis, in extremis hujus
modi



modi calamitatibus suadent, ut fiant professores ollæ fortunæ, daß sie sollen Glückstöpfe oder offene Lottereyen anfangen. Huc non incommodè recensetur *Sors*. Describimus autem illam, quod sit conventio de negotio civili dubio, ubi jus in certo casu à iudice vel partibus ipsis indeterminatum deciditur vid. §. 23. *J. de Legat. L. 36. ff. de adopt. L. 5. ff. famil. ercisc. L. 1 §. 2. de Offic. quest. L. ult. pr. C. commun. de leg.* Variè aliàs dividuntur sortes respectu objecti sive materiæ in *divisórias, consultorias, divinatorias*. Peuzerus de *divinat* distribuit in *Politicæ, divinas, divinatorias*. Alii in *Divinas, Humanas & Diabolicas*. *Sortes Divisórias* dicuntur, quæ adhibentur, cum dubitamus, cui aliquid sit adjudicandum in hereditate, in bonis, honoribus, oneribus, laboribus, periculis. Suntq; vel *Publicæ vel Privatae*; Rursum vel *Sacræ Levit. 16. 1. Paralipp. 26. Actor. 1. vel Civiles*, quæ rursum vel *Ordinariæ Proverb. 18. vers. 18. vel Extraordinariæ. 1. Sam. 10. Jos. 14. & 15. Divisórias sortes* legitimas judicant omnes *Jcti Civiles & Canonici ad sauf. 20. quest. 2. c. Sors*. Quænam v. requisita in sorte attendenda sint, vid. *Becm. lin. doct. Mor. c. 8. §. 10. p. 134. Consultorias sortes* sunt, quando inquiritur, quid in rebus ambiguis judicandum aut faciendum, quæ illicitæ sunt, nisi Deus extraordinariè præscribat. Aut enim iudicium exspectatur merè contingens, quod Sapiente indignum, aut à fortuna h. e. ab Idolo, quod vanitatis & superstitionis est, aut à Diabolo, quod est Magiæ, aut à Deo, quod est præsumptionis, nec quicquam aliud quam Deum tentare. *Divinatoriæ* sunt, quæ adhibentur ad prænotationem futurorum. Sunt illæ iterum vel *licitæ sive Divinæ vel illicitæ*; & hæ rursum vel *Vanæ vel superstitiosæ*, quæ sc: directò sunt contra religionem. Superstitiosæ pertinent vel ad superstitionem simpliciter Diabolicam, eamq; vel implicitam vel explicitam, de quibus plura in *discept. de Usu alee Voëtii p. m. 40. & seq. Et Majol. in contin. dier. san. colloq. 2. p. m. 144. & seq.* Locum autem habet *Sors* in illis casibus, qui alias coram iudice decidi non possunt, aut quando quis in re aliqua controversa prærogativa gavissus est. *Carpz. Decis. 164. n. 18.* Et homines quantumvis feroces sortis decreto acquiescunt, qualescunque etiam sint, præprimis verò Christiani, quia non à nuda fortuna Ethnica, fictitia illa Dea *sors* dirigitur, sed à supremi rerum Moderatoris providentia, ubi Deus quasi

quasi iudex est, teste Sapientissimo Rege, qui *Prov. 16. vers. 33. fortes*, inquit, *mittuntur in sinum, Dominus verò eas dirigit*. Ideo & firmiter stare debet id, quod divinatoria forte decisum, ut nec in eo adpellatio concedatur *arg. L. 11. §. 4. ff. de minor. Maranta in Spec. aur. de Ord. Jud. p. 6. n. 246. Berl. p. 1. Concl. 50. n. 50. ratio est, quia fortuna in hoc mundo non habet superiorem Bald. in L. Meminimus 2. C. Quando & quibus quart. pars lib. 10. Ejusque Dux est Deus, ut ex Seneca Schneidew. ad §. 23. J. de Legat. tradit.* Nam fors ex naturâ suâ specialem continet adpellationem ad providentiam divinam, à qua gubernatur, prout ex Amesio in *Cas. Conf. lib. 5. c. 45. quest. 3. & 6. dicit Salmuth. in respons. Jur. pro matrim. Principis cum virgine Nobili p. 93. Sorte quoque infligi poenas certum est, quæ species sortis in specialem planè ac singularem transit adpellationem, siquidem Decimatio dici consuevit, cujus aliquomodo Cicero pro Cluent. quæ à Triphonio J. C. in *L. Cicero 39. D. de pœn. citatur, mentionem fecit, quando à multis, inquit, flagitium est admissum, tunc sortitione in quosdam animadvertitur, ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat, modo simul omnes pari crimine teneantur. Becman. loc. supr. cit. p. 134. fin.* Nomen hoc Romani indiderunt huic speciei sortis, cum enim in bello unus vel alter exercitus delictum quoddam perpetraret, non in omnem animadverterunt militem, sed quemlibet decimum ad supplicium traxerunt, reliquis impune dimissis. *Tacit. lib. 4. Annal. c. 44. v. 6* ita de hoc modo: *exfuso exercitu, cum decimus quisque fusti feritur, etiam strenui non sortiuntur & Annal. lib. 3. c. 21. v. 1. ibid. decimum quemque cohortis* Rationem commonstrat Plutarchus in vita Crassi, ubi dicit, *hunc morem minorem damno ignominiam continere, plurimumque adspicientibus horrorem incutere.* Sed quid, si ex pluribus nocentibus unus in alium dolo sortem transtulisset & promovisset ad mortem, quod postquam is supplicio ultimo adfectus esset, in comperto fieret, numne is, qui se ita liberavit, propter hanc fraudem morte adficiendus esset? Suppono hic omnes ultimo supplicio adficiendos fuisse, & inde cum fraude se aliquis liberaverit & fortem forte transtulerit in alium, capitis pœna adficiendum non putarem: ignoscendum quippe ei foret, qui qualitercunque sanguinem suum iudicio sortis indulto redimere voluit *arg. L. 1. ff. de bon. eor. qui ant. sent. sibi mort.**

Imò non videtur esse sine Dei permissione, qui indulget fortem ca-
dere in nocentem, & alium nocentem voluit liberari. Plura de
decimatione vid. apud Tiraq. *de Jur. primogen. qu. 17. opin. 1. n. 52.*
& *seq.* Usus hodiernum invenies apud Dn. Brunnem. *ad tit. ff. d.*
reb. dub. Dn. Struv. *Exerc. 49. §. 90.* Dn. Carpz. *Prax. Crim. P. 3.*
Q. 150. Quæritur, *Utrum rei sortem ducere debeant, an passivè se tan-*
tum habere, h. e. ut non committant sorti vitam, sed tantum exspe-
ctent à iudice aut immunitatem aut supplicium? Resp. Aff. prius,
unicuique, enim incumbit omnia servandæ vitæ remedia studiose
sectari, jam verò si sortem non ducat, ipsi absolutè pereundum
erit: Si ducat latitudo aliqua & spes adhuc superest. *Q. An in com-*
muni periculo vitæ constituti, ut in naufragio & simil. sortem ducere
possint? Negat Becm. *loc. cit. p. 135.* Affirmat verò Samuel Pufend.,
lib. de off. hom. & civ. juxt. leg. nat. lib. 1. c. 5. §. 20.

CAPUT IX.

DE


Contrariis.

QUOD ad ea, quæ contraria nuncupantur, expedit, perspicimus
contractibus & conventionibus & consequenter iusionibus
nihil tam contrarium esse, quam metum & dolum *L. 116. ff. de R. J.*
quamobrem (1.) Procul sit dolus *L. 1. verb. absq. dolo l. fin. C. de aleat.*
& *aleat. lus.* Et quidem sine dissimulatione, nam qui illum dis-
simulat, quo perducatur alium imperitorem ad ludendum, delin-
quere & ad restitutionem obligari pronunciat Navarrus *in sup*
manuali c. 19. quoniam dolus nemini patrocinium ferre debet. Et
talismodi dolus per jura etiam punitur, uti Scabini Lipsienses
pronuntiarunt haben 2. Becken. Knechte mit einem armen Manne
gespieler/ und ihm sein Geld durch Verrug abgewonnen/ und sind de-
rohalben gefänglich eingezogen worden/ so mögen sie derselben Uebelthat
halben/ so sie sich anders darzu bekennen/ oder überführet würden/nach
Diebstahl recht wohl gestraffet werden/ B. R. W. vid. Dn. Lehm.
d. t. c. 8 n. 1. seq. Deinde si dolo quis ad ludum adigitur, perditq; pe-
cuniam, illam repetere potest, & Judex tunc officium suum im-
pertiri tenetur vid. König. *c. 57. §. es mag* aber durch ein Statut
oder Gewohnheit: si verò id, quod dolo ludendo perdidit, nondum
solvit, sed saltem promisit, judex victorem ab actione statim re-
pellit,

pellit, agens enim agit ex turpi causa, igitur depellendus est *L. 5. C. de condict. od. turp. caus.* Jure Saxon. textus est expressus in *art. 100. Weichbild.* Sed & illud notandum est, fraudem non fieri in ludo, cum quis cautelis, quæ juxta ludi leges licitæ sunt, utatur, quâ ratione quoties fuerit controversum, an fraus in ludo contigerit, observandæ sunt Leges ludi, ut si quid aversus eas arbitrio & judicio peritorum actum fuerit, id fraude actum fuisse judicetur, & ideo tunc restitutio erit necessaria. Quod si Leges ludi non violentur, quæ tacito consensu ludentium receptæ sunt, utcunq; eorum alter dolo & cautelis utatur, nihil id pertinet ad obligationem restituendi pecuniam, cum is dolus bonus sit *L. 1. ff. de dolo.* Nam licitum est legibus ludi uti *Gl. in L. Si rem §. ult. ff. de P. V. L. Si ex plagis §. Hi. ff. ad L. Aquil. Gloss. ibiq; Decius in L. Jure civili ff. de R. 7.* Quot autem modis in ludo fraus seu falsitas interveniat vide *Molin. Disput. 517. num. 1. Paris de Put. tr. d. ludo n. 9. v. Idem si ludat cum taxillis falsis §. n. 203.* Quæritur an si dicatur esse commissæ falsitas in ludo cum falsis taxillis, possit illud probari per homines malæ famæ, ut puta barros, vel lufores vel bannitos? Dico quod sic, ut eleganter dixit *Salicet. in L. Ea quidem C. de accus.* quia hoc non potest probari per homines bonæ famæ, qui in ludis non conversantur, conf. *Paris de Put. tr. de Ludo Caccial. in eod. tr. de lud. n. 63.* Taxillos falsos fabricans, etsi iis non titatur, pœna tamen falsi tenetur *L. Si falsas C. ad L. Corn. de fals. ca. ad falsariorum X. eod. tit.* Imo & habens penes se taxillos falsos relegationis in Insulam pœnâ extra ordinem plectitur *L. Annonant in f. ff. de extraord. crim.* Quin & taxillorum fallorum penes aliquem deprehensio indicium legitimum & sufficiens esse censetur, ad inquirendum auctorem. Nam eo ipso, quod habet, etiam fabricasse præsumitur, nisi auctorem suum, unde habuerit, vel saltem nominando innocentiam suam verisimiliter ostendat *L. majorem 4. C. ad Leg. Corn. de falsis L. in civilem C. de furt. Bald. Salic. in d. L. Majorem.* Pœna lusoris taxillos falsos habentis vel taxillis falsis utentis est fustigatio cum relegatione, uti liquet ex præjudicio à *Francisc. Pfeil. Conf. 28. n. 6. allato.* Annullatur quoque ludus falsis nummismatibus, in quæ ludentes non consentiunt, nam eum in finem ludunt, ut pecuniam validam ad commestationem vel aliam recreationem licitam impendere possint, & qui falsam pecuniam

in ludo adponit, crimen falsi committit. Hinc statim adparet, quid
de Germanico isto sit statuendum: auf dem Spiel gilt alles. Nostra
sententia stabilitur à Scabinis Lipsiens. sequenti præjudicio hat B.
W. im Gasthose bey euch unter Liecht/ einen uns zugeschickten gepräg-
ten Zahlgröschchen vor einen Goldgülden gegen einen Gülden Groschen/
dargegen auch 2. ganze güldene Groschen genommen und zu sich ge-
zogen/und hat über das alles allda auf dem Spiele kleine weiße Zahl-
pfennige/deren etliche ihr uns auch übersendet/als wären es 3. Pfennig-
Gröschlein in die 20. Meisnische Groschen wehret/wo sie rechtschaffen
gewesen/unter anderer Münze eingeschoben/so wird gedachter W. von
wegen solcher seiner Begünstigung und von ihm vorsehlich geübten
Falsches billich mit Ruthen ausgehauen und aus euren Gerichten ver-
wiesen. Item wo Hans N. glaublich möchte darthun/ daß er den uns
überschickten Drth (welcher bleyern gewesen) in dem Spiel gewonnen/
darzu er ihn dann wieder gebrauchet und sonst nicht ausgeben wol-
len/so wäre er mit dem erlittenen Gefängniß genug gestraffet. Neque
verò minus ludus vitatur, quando quis per vim metumve attra-
hitur, quia neque hæc res dolo caret *L. Si legator ff. de dolo, & tene-
tur tunc cogens restituere, quod in ludo accepit, conf. Ludov. Mo-
lin. de J. & J. tr. 2. Disp. 516. per tot. Morla in Empor. Jur. p. 1. tit. 7. Q. 2.
fol. 308. num. 10. Prætor contra tales attractores ita pronunciat: in
eum, qui aleæ ludendæ causa vim intulerit, uti quoq; res erit, animad-
vertam, ut aut multa mulctetur aut in latomias (vel ut alia exempla-
ria legunt in Lautumias) vel in vincula publica ducatur L. 1. §. ff. h. t.
Latomix quid sint, vid. apud Magnif. Dn. Struv. Exerc. 15. th. 54. Go-
thofr. in not. ad d. L. 1. §. f. lit. m. Quis autem dicatur ad ludum
compellere vid. Prosper. Farinac. Pr. Crim. P. 3. Q. 109. num. 76. &
seq. qui complures pro se allegat Auctores. Porro ludus est inva-
lidus, si aliis adminiculis illicitis, ludens victoriam deportavit
e. g. per Spiritum familiarem durch ein Spielteufelgen / ubi is non
solum nihil lucrifacit, qui per artes Magicas aufert universum,
quod ex ludo capi debuit, commodum, cum & alter rebus suis
spolietur, ipseque non nisi nocendi alterius causa agit, verum
etiam contra illum criminalis inquisitio institui potest, uti respon-
derunt Lipsienses M. Decemb. 1662. nach Reichenbach an Augustin
Daxdorff Schönfärber / conf. Dn. Philippi in suis Observ. ad Decis.
*Elect. p. 1269. vid. Dn. Lehm. d. t. c. 8. Et tantum de hac materia.**

S. D. G.





00 A 6365

ULB Halle 3
002 916 69X




1078
1077 Rebo ✓










DESP
TO





12.

DISSERTATIO JURIDICA,
De
JURE LUDENDI,
Quam
DIVINI NUMINIS CLEMENTIA
Nec non
Magnificæ Facultatis Juridicæ Consensu
IN ILLUSTRIS SALANA
sub
PRÆSIDIO
DN. JOHANNIS ERNESTI
WEDEKIND, J. U. D.
Publicè ventilandam exhibet
In Jctorum Auditorio
Ad d. Anno M. DC. LXXXIII.
JACOBUS FISCHER, SILD A-SAXO.

F E N Æ,
TYPIS KREBSIANIS.

A. & R.

